p se stantiby nūq̄ fecit nisi in ꝟ mirabili sacro eucharistie. Cū aūt xp̄s sit deꝰ oipotēs illa eadē sua ptāte q̄ mulier ꝓuersa ē in statuā salis in instāti facere pōt q̄ substātia panis manētiby oibꝰ accidētiby ꝓuertat in corpꝰ xp̄i. Unū Ecce. viij. Dē qō voluerit facier ꝛ fmo eiꝰ ptāte plenꝰ ē: nec q̄sq̄ pt dicere cur ita facis zē. Tenēdū ē ḡ firma fide vt ē sentētia cōis sc̄oꝝ Bonauē. Tho. Rich. Pe. in iiij. di. ij. Alex. Scoti ꝛ aliox q̄ in ꝟ sacramēto ✠ tute ✠boꝝ xp̄i trāssubstātiat vel ꝓuertit substantia panis tota in corpꝰ xp̄i totū actu existēs solis accidētiby remanētiby vt fides locū habeat ꝟ di crū Amb. Lōtrariū aūt credere ad heresim pertinet. Si ḡ q̄ras. quō de pane fit corpꝰ xp̄i. Rñdet Maxim⁹ in fmōe. Enarrari nō pōt. credi pōt. s. qz deꝰ oia ꝛ ꝟ bñ pōt. Si lingua ꝛ sensus deficit tūc fides sufficit. Nā magna ē fidei pfectio. ꝛ erit copiosa remūeratio cū tm̄ deo p fidē credim⁹ qō fmōe explicari nō pōt. Itē si q̄ras. quō possiz credere cū sensus ꝺicit. Rñdet q̄ i multis etiā alijs nō ē credēdū sensui. ḡ a fortiori nec hic in articlo fidei. Nā sol apparet visui eē q̄si cubitalis rotunditatis cū sit ꝛ credat maior tota terra. Itē q̄n baculꝰ rectꝰ mittit in aquā apparet sensui eē fractꝰ ꝛ tn̄ nō credit in ꝟ sensui sz itellectui. Itē descēdētibus p fluuiū i naui videt pozꝰ ꝛ ligna in pozturetrograde moueri: ꝛ tn̄ nō ē tūc credēdū sensui. maxime aūt in his q̄ sūt fidei credēduz ē deo supoēm sensū ꝛ supoēm itellectū. qz plꝰ pōt deꝰ facere q̄z itellectus possit capere fm Hilariū de trini. Hinc dicit Gerson li. iiij. q⁹ plꝰ debet hō credere deo oipotēti in ꝟ sacramēto q̄z ꝓprio sensui. aut etiā visibili signo cuicūq̄z. Quarto ꝓbat exemplis nature ꝛ gre. Nā in naturalib⁹ videm⁹ q⁹ aq̄ in vite ꝓuertit tādē in vinū. Itē semē iactū i terrā ꝓuertit in herbā ꝛ fructꝰ granoꝝ mltozū. vapores in nubes ꝛ pluuias ꝛ ranas. Itē ictꝰ fulminis subito redigit gladiū in vagina existētē i pulueꝝ vagina manēte illesa. Itē Bonauē. i suo sermōe dicit q⁹ in hybernia ē lacꝰ in q̄ si palꝰ figit q̄c q̄d ere imergit ꝓuertit in ferrū. Quicq̄d ✠o aqs opik in lapidē cōmutat. Itē exp̄imur q⁹ ✠tute nature cibi ꝛ panis ꝛ potꝰ ꝓuertūt in substātiā alitis. Si hec pōt natura facere. q̄d ḡ natura q̄z dñs pōt. Preterea vt ꝓbat Amb. ō sacramētis. de ꝓse. di. ij. Reuera. Plꝰ pōt ꝛ maior ē vis gre q̄z nature. qz vis gre pōt mutare naturā. sic ptz i ✠ga moysi bis mutata Exo. iiij. ꝛ. vij. ꝛ in multis alijs. pcipue i ꝓceptu ✠ginali q̄ natura nō potuit sz gra. Hinc Amb. vbi sup̄. Liquet qz ꝑter nature ordinē ✠go generauit. Et ꝟ q̄ ꝓficimꝰ corpꝰ ex ✠gine est. Quid hic q̄ris nature ordinē in xp̄i corpe cū ꝑter naturā sit ipe dñs ihesus ptus ex ✠gine. Nec ille. O ḡ bñdicti ihesu oipotētia. te ꝓfitemur. te glorificam⁹. te adoram⁹ i ꝟ sacramēto. Sz ve ve ve pctoꝛiby q̄ nō obediūt xp̄o vt a suis peccatis cōuertant. cui tamen oīs creatura obedit digni sunt ergo damnatiōe.

D Circa secundū de miraculositate buiꝰ sacramēti sit ꝓ ꝓclusiōe exclamatio Bern̄. in hec ✠ba dicentis. O sacrū inq̄t ꝛ celeste mysteriū. o insigne spectaculū. o solēne miraculū. deꝰ q̄ mirabilis apparet in oibus ipe mirabilioꝛ credit dū ꝓ nos mirabilia opat: in eucharistie sez ꝓsecratiōe mediāntiby sacerdotiby. ꝓpter qō etiā eccl'ia hoc sacramētū dic̄ mirabile. Deꝰ q̄ nob⁹ inq̄t sub sacramēto mirabili passiōis tue memoriaz reliquisti zē. Pro hoc ḡ notandū q⁹ fm numerū decem p̄dicamentoꝝ in hoc sacramēto decē mirabilia firma fide credēda docenta doctoriby que breuiter ꝓ captu simpliciū ꝓseqūmur. Primū mirabile secundū p̄dicamentū substantie est q⁹ p ꝓsecratiōē panis in corpus ꝛ vinū in sanguinē transsubstantiat. Unū Amb. li. de sacramentis. Et habet de ꝓse. dist. ij. panis ante ꝓsecratiōē: iam corpus xp̄i est post ꝓsecratiōnē. quia sermo xp̄i creaturā mutat. ꝛ sic ex pane fit corpus xp̄i. ꝛ vinū cū aqua in calice mixtū fit sanguis xp̄i. Et ifra. Ui de ḡ q̄z potēs est fmo xp̄i vniuersa ꝓuertere. deinde ipe xp̄s testificat q⁹ corpus suū ꝛ sanguinē sum accipiam⁹ de cuius fide ꝛ testificatiōe dubitare nō debem⁹. Hec ille. Et de hoc satis ꝓbatuz est in ꝟmo articulo buiꝰ fmonis. Nō ḡ est putā duz q⁹ in hoc sacramēto sit corpus xp̄i ꝛ sanguis tm̄modo sicut in signo rep̄sentatiuo. quia hoc esset erroneū ꝛ dānabile. de cōse. di. ij. Ego Berengari⁹. sed credēdū est ibi esse vere ꝛ realiter. Unde Joh. vj. Caro mea vere est cib⁹ ꝛ sanguis meꝰ vere. i. nō figuraliter sed realiter zē. Magis ergo debet hoc sacramentū reuereri q̄z imago xp̄i quecūq̄z. quia in imagine est xp̄s tm̄modo vt in signo hic aūt realiter ꝛ vere. E Secundū mirabile iuxta p̄dicamentuz quātitatis. q⁹ christus fm sue quātitatis magnitudinē totus sub pua hostia. ꝛ totus sub vini specie continet. ꝛ sub qualibet parte earū scilicet specierū totus christus est ꝛ continet. Unde Piero. de conse. di. ij. Singuli. dicit. Singuli aūt totū accipiūt xp̄m dñm et singulis portiōibus totus est. nec p singulos minuit: sed integrū se in singulis ꝓbet. Hec ibi. In hoc aūt fides adiuuat q⁹ hoc possit fieri tripliciter. Primo ex rōne. qz xp̄s dñs est indiuisibilis Unū canit eccl'ia. Fracto tandē sacramēto ne vacilles sz memēto tantū esse sub fragmēto quātū toto tegit. Item fm Richar. sup. iiij. di. xi. q. j. ar. ij. quia corpus xp̄i in sacramento est organicū viuens qō nō pōt esse sine sua naturali quātitate. sub specie ergo panis totus est xp̄s cū sua quantitate. Silr sub specie vini. qz quātitas inseparabiliter comitat corpus xp̄i cui vnit⁹ est sanguis sicut ꝛ anīa ꝛ diuinitas. Nec quātitas corpis christi cōmensurat quātitati speciei. nec ps rñdet pti sz sub q̄libet parte hostie est tota eiꝰ q̄ntitas sicut ꝛ totū eiꝰ corpus vel totus xp̄s. Unū ibidez. q. vj. allegat Innocē. de officio misse. parte. iij. cap. ix. dicentem sic. Salua fidei maiestate vbi pauis

est ꝓsecrat⁹ sub tota spē totū corp⁹ existit. Sic cū miraculose totus corp⁹ in singulis ptib⁹ ꝓtinet. qm̄ sub singulis ptib⁹ tot⁹ ē xp̄s. Nec Inno. Sz di. Seqr̄ ḡ q⁹ ibi ptes corpis xp̄i eēnt inordinate z ꝓfuse si oēs eēnt simul sub q̄lib⁹ pte hostie. Rn̄ det ibidē Rich. z ꝓcor. Tho. q⁹ nō sequit. qz etsi nō sit accipe ordinē ptū corpis xp̄i fm cōparatōez ad ptes hostie: tn̄ ipe ptes corpis xp̄i habēt inter seinuicē distinctū eē z ordinatū in suo toto fm ꝓ priā q̄ntitatē. Un̄ tantū ē ibi caput xp̄i: tantū corpus: q̄ntū in xp̄o ipo. z sic de alijs. Scdo adiuuat in b̄ fides exēplo z similitudine. Nā aīa est tota in toto boie z in q̄libet ei⁹ pte tota. Et sicut aīa nō est plures sz vna actu in toto boie sz fm assignationē ptū in q̄libet dr̄ tota: sic corp⁹ xp̄i ante diuisionē hostie q̄uis sit actu totus sub tota hostia vnicū: tn̄ diuisa hostia erit actu pluries sup ptib⁹ illis totū. Alia ē similitudo de speculo q̄uis quo in q̄ videt tota z vnica facies būana vel mōs magn⁹. q̄ speculo fracto sub q̄libet pte tota faciēs vl' mōs videt. Tertio adiuuat miraculosa reuelatiōe fides in b̄. Narrat em̄ Aler. de ales i suo scpto. iij. sentē. q⁹ q̄dā religiosi dū instanter peterēt vt cōicarēt sub vtraq; spē. Ecce sacerdote cozā eis celebrāte cū frāgeret hostiā ꝓcauū patene visum ē totū repleri sanguine. ad qō oēs obstupuerūt. z cū ꝓiūgeret sacerdos ptes hostie totus illi sanguis visus ē recipi intra hostiaz reintrādo. sicq; mōstratū ē b̄ miraculo sub spē panis contineri etiā sanguinez. z ecōuerso sub spē sanguinis corp⁹ z eodē mō sb ptib⁹. O q̄ errāt huscite q̄ cōicare volūt sb vtraq; spē ꝓ vniuersalē ꝓsuetudinē z statutū scte romāe eccl'ie. ¶ Tertiū mirabile circa p̄dicamētū q̄litatis credēdū ē q⁹ spēs panis z vini in b̄ sacramēto sine subiecto existūt z per se stare credūt. Un̄ mgr̄ in. iij. di. xij. in p̄n. dicit sic. Si vo q̄rit de accidētib⁹ q̄ remanēt. s. de speciēb⁹ z de sapore in q̄ subiecto fundent⁹ poti⁹ fatendū videt existere sine subiecto. qz ibi ñ ē substātia nisi corpis z sanguinis dn̄ici q̄ nō afficit illis accidētib⁹. nō em̄ corp⁹ xp̄i talē in se hz formā: sz q̄lis in iudicio appebit. s. gl'iosam. Remanēt ḡ illa accidētia p se subsistētia ad myster̄ij ritū. ad gust⁹ fidei q⁹ suffragiū q̄b⁹ corp⁹ xp̄i habēs formā et naturā suā tegit. Nec mgr̄. Et cōi fide a doctorib⁹ tenet. Un̄ fm qō declarat Rich. ibidē illa accidētia sūt in q̄ntitate sic in subiecto. ipa aūt q̄ntitas in nullo subiecto ē penit⁹. z sic spēs sūt sine subiecto. Primo qō ē substātia. Nō em̄ ille spēs sūt in substātia panis z vini. qz illa nō remanet post cōsecratiōnē vt dictū ē supr̄. Nec sūt in corpe xp̄i vel sanguie. qz maior⁹ q̄ntitat⁹ illa sūt z forme gl'iose: vt dic̄ mgr̄. Nec sūt i aere sic in subiecto. qz aer ipe ñ ē hmōi sapor⁹ duriciei z color⁹: sz p miraculū vtute diuia stāt ipse. Nec Rich. Ad b̄ ātiuuat aliq̄ mō. Exēplū. qz sic de⁹ potuit facere q⁹ ignis ñ vreret nec calefaceret tres pueros Dañ. iij. cuz ignis sit ꝑpa passio calefacere. z sic ibi fec̄ de⁹ substātiā sine ꝓprio accidēte: ita pōt facere accidēs sine substātia q̄sistere: vt tenēt doc. ¶ Quartuz circa p̄dicamētū relatōis credēdū ē: q⁹ in b̄ sacro q̄ ad respectū multiplicatōis spēz corp⁹ xp̄i non multiplicat: nec ad sūptionē a multi⁹ factā plus sumit. Un̄ eccl'ia canit. Sumit vn⁹ sumūt mille q̄ntū isti tātū ille nec sūpt⁹ ꝓsumit. Ad qō ē figura in exēplo de māna. De q̄ legit Exo. xvj. q⁹ nec q̄ pl⁹ de ea pauerat ampli⁹ reper. nec q̄ min⁹ reper min⁹. Et ad id rō ē clara. qz in singulis idēz tot⁹ xp̄s ē nō multiplicabilis in se. sic in multi⁹ specul⁹ multiplicat⁹ imaginib⁹ facies mea eadē ꝑmaner. Juxta b̄ p̄dicamētū ꝓ ꝓditōe auditoz vt videbit breuit⁹ aliq̄ q̄stiōes moueri pñt: ꝑcipue fm certa mirabilia ei⁹. s. in motu. Querit nā ꝑ vtz ad motū hostie mouet corp⁹ xp̄i etiā in celo existēs. Rn̄ det Rich. supr̄. iij. di. x. q⁹ corp⁹ xp̄i licet in sacro i⁹mobile sit localit⁹ z ꝑ se loquēdo: est tn̄ mobile ꝑ accidēs. s. ad illi⁹ motū hostie. sic ꝑz de aīa q̄ est i mobilis localit⁹ in corpe: sz mouet ad motū corp⁹. z in b̄ ē valde mirabile q⁹ corp⁹ idē. s. dñi ie su simul mouet ad motuz vni⁹ hostie z q̄scit ad q̄tē alteri⁹ hostie. Itē q⁹ mouet sursū z deorsū sit ad motū diuersaz hostiaz. sz corp⁹ xp̄i in celo ē vt in loco: z ibi pōt moueri ꝑ se. Nō opt̄ ḡ q⁹ cū mouet sub sacro ꝑ accidēs: moueat⁹ i celo ꝑ se localiter z ecōuerso. nec in his ē ꝓdictio. qz nō ē fm idē bic mot⁹ z q̄es: sz fm motū ꝑ se z ꝑ accidēs: sicut aīa ꝑ accidēs mouet moto brachio vel pede z q̄scit in corde vel in capite vel in q̄scēte altera manu. Nec er Rich. Itē q̄rit. vtz xp̄s sub sacro possit manū extēdere vel leuare z suū sacz caput tāgere. Rn̄det fm Rich. vbi supr̄. q⁹ cū corp⁹ xp̄i sit dimēsionatū p̄t manū leuare z ducere ab vna pte ad aliā sub sacro: ñ tn̄ p̄t manū elōgare adeo q⁹ extēdat extra speciē panis z itez retrahere itra spēm ipam. qz talis extēsio includit distātiā z seq̄ret ibi localis mot⁹: qō nō ꝓuenit corpi xp̄i vt est sub sacro vt patuit. Ad id exēplū. Aīa nō p̄t suuz corp⁹ exire vl' excedere z iterato recōiūgi: z sic mouer̄i de corpe ad locum et redire nisi b̄ de⁹ faceret miraculose. O q̄ mira dei sapia. ¶ Quintū mirabile iuxta p̄dicamētū actiōis credēdū ē q⁹ b̄ sacramētū in ipis sumētib⁹ vario mō opat. Ex q̄ dignis vita: z idignis mors eēna ꝓferr̄. Un̄ cāit eccl'ia. Mors ē malis vita bonis vide paris sūptiōis q̄s sit dispar exit⁹. Itē circa b̄ ē etiā mirabile q⁹ ipa spēs cū sit sine subiecto pōt efficere q̄cq̄d possit materia panis et vini. s. satiare: nutrire et hmōi. Pōt em̄ in magna q̄ntitate iebriare. z q̄cq̄d posset ex materia panis vel vini ꝑ corruptōz generari: puta acetū fieri ex spē illa vini. Licz em̄ iste spēs nō sint in substātia: habēt tn̄ vtutē substātie q̄ ad hec z silia. Et hec fm Tho. dank spēi miraculose. nō quidē nouo miraculo: sz ex vi miraculi ꝓus facti in trāssubstātiatiōe. Ad hec exēplū de māna qō dignis erat delectabile iuxta ois saporis suauitatē. indignis aūt nauseā faciebat. z

reseruatū in die alitez corruptōi erat obnoxium

Certū iuxta p̄dicamētū passiōis credēdū est q̄ in hoc sacramēto corp⁹ xp̄i cū māducat nō ledit nec lacerat nec aliq̄d patit. Vñ Aug. de ꝯse. di. ij. Inuitat iḡt dñs suos suos vt ꝑpet eis cibū seip̄z z q̄s audz māducare dñm suū: z tū ait. Qui māducat me: viuet ꝓpt̄ me. z qñ māducat: vita māducat. nec occidit vt māducet: sz manet integer tus in celo: tot⁹ in corde tuo. Exēplū aliquale. iij. Reg. xvj. vbi oleū in lecbito z farina in ydria de q̄ comedit helias z mulier sareptana cū filio nō sūt iminuta p tres annos z dimidiū. Itē cū vitz atteritt vel crystall⁹: nō frangit nec ledit lux solis.

¶ Septimū iuxta p̄dicamētū vbi credēduz ē q̄ corp⁹ xp̄i vnū nūero sit in diuersis z oib⁹ cōsecratis speciebz tot⁹ habet. Sz quō hoc sit possibile vt idē sit diuersis locis habeat Hugo de sctō vict. li. de sacramētis dic. q̄ iō in natura idez corpus esse in diuersis locis esse nō pōt. q2 deus natur̄e ꝯditor talē corpib⁹ dedit legē. Et q2 q̄libet legislator pōt dispēsare in lege quā statuit z oppositū ordinare. Jō de⁹ potuit de suo corpe dispēsatiōnē facere p fidelitū vtilitate vt sit sit in plurib⁹ locis. Exēplū de sono vel vbo qō ē sit in plurib⁹ audiētib⁹. Octauū iuxta p̄dicamētū qñ. q2 credēdū ē q̄ mor qñ vba ꝯsecratōis cōplent xp̄i corpus ꝯficit. z qñ spēs corrūpūt xp̄i corp⁹ ibi desinit ee: nec amplius ibi ꝓnet: vt cōis ē sentētia doctoz sup. iij. Et ꝟ ē mirabile q̄ cū ille spēs sint sine subiecto: nec in corpe xp̄i: z tū ad eaz desitiōez desinit ibi esse corp⁹ xp̄i. ℟ Nonū mirabile iuxta p̄dicamētū sit⁹. credēdū ē eīm q̄ idē xp̄s qui manet i celo i ipo sacro p tātā distātiaz situat taz miro mō q̄ imediate nūq̄z tāgi possit q̄ntūcūq̄z spēs penetrent. Nā etiā cū masticāt spēs corpus Diero. de ꝯse. di. ij. de hac q̄dā tē. Et ꝟ ꝓbat Richar. sup. iij. di. x. p ꝟ q̄ in cena qñ p̄sente xp̄o discipuli ꝟ sacramētū māducauerūt: dolorez xp̄s nullū sensit ex hoc: cū tū tūc erat in carne adhuc passibili. Et pōit exēplū q̄ sicut angel⁹ p eētiaz aliquādo p̄sens ē loco: nec tamē a loco tāgit: nec aliq̄s hō eētiā ei⁹ pōt tāgere q̄ntūcūq̄z penetret locū: sic z ꝟ sacramēto. Si aūt hic q̄rat. ad quā ptez hostie situat caput xp̄i vel pedes tē. ℟ñdet Richb. q̄ nō pōt assignari. q2 oēs ptes xp̄i integraliter sunt sub q̄libet pte hostie. Sz erḡ vn⁹ z idez xp̄s ē i vna hostia habēs ordinē ptiū i se ad quā, cūq̄z ptē vult: ad illā habet caput z ꝯsequenter manus z pedes sm ꝓpriā q̄ntitatē z ordinē in se. Si etiā querat. vtz versa hostia vertat corp⁹ xp̄i. Respōdet idē Richb. q̄ nūq̄. Sicut exēpli gra videmus in speculo q̄ vso speculo imago faciei non vertit in eo. Sic tē. Decimū iuxta p̄dicamētū habit⁹. Credēdū est eīm q̄ xp̄s in hoc sacramēto est in habitu luminis glie sue: q̄uis nō videatur sz specieb⁹ ipis occultat: vt dicit magister in iij. di. xij. O ḡ magne. o mirabilis de⁹. o iesu bñ dicte q̄ tā mirabilit̄ es in sacro miserere nr̄i ꝓpter tuū imēsū amorē q̄ nob sic te donasti. O dulcissime iesu da nob ꝓ tali z tāto amore te reamare.

¶ Circa tertiū p̄cipale de vitate indubia z p signa mōstrata sufficiat breui⁹ p ꝯclusiōe q̄ benedict⁹ de⁹ crebri⁹ mira signa z multa p hui⁹ sacramēti vitate ostēdere ē dignat⁹. Que q̄dē enarrari nō sufficiūt. p varia eīm tpa multiplicant sepi⁹ ei⁹ miracula. Nā z ego vidi bis tpib⁹. s. anno dñi. M. cccc. lxxix. boiez in xp̄o mihi ꝟsciētioserecuelantē q̄ ꝓsepe xp̄m dñm videre soleret i sacramēto in spē crucifixi vel pictaz z similiū. z ore ad os loq̄ z ad q̄cunq̄z interrogata secreta spūalia respōdere. s. in dubijs casib⁹ q̄d salubri⁹ tenere oporteret. Cūq̄z hō iste sepi⁹ petuisset ab eo de reuelādo die obit⁹ sui: xp̄s de sacramēto visibiliter apparēs rñdebat. Nō morieris inḡtvsq̄z ad.prima ḡttuor tpa. z sic illo tpe aduenīente iterato ad futura ḡttuor tpa atq̄z ꝓsequēter singulis annis q̄ ad vixit certificabat q̄ nō moreret vsq̄z ad futura imediate ḡttuor tpa. Sed postea cū mori habuit tpaz die mortis sibi certitudinaliter p̄dixit. z sic factū ē. Et multa alia narrant miracula inter q̄ vnū celeberrimū qō narrat Ansel. li. de miraculis beate ꝟginis. c. xxxv. q̄ sacerdos quidaz de corpe z sanguine xp̄i dubitāz: beatā virginez ḡtidie exorabat in missa ꝓ hac tēptatiōe subuenire. Quodā sabbato more solito celebrāte missaz de beata ꝟgine: ecce post ꝓsecrationez disparuit hostia ab altari z vidit corā se beatā mariā in vlnis filiū vt puez tenentē z dicentē. Ecce iste est filius me⁹ in hostia quā sacrificas: modice fidei ḡre dubitasti: nōne legisti q2 filius me⁹ dixit Panis quē ego dabo caro mea est ꝓ mundi vita. pluribusq̄z similibus dictis pia mater tradidit ei filium dicens. Accipe hostiā tuaz z perfice missam Tunc accepit sacrū puez z posuit sup corporale z missam cepit ꝓsequi. Cunq̄z pueniss̄et vt hostiam frangere deberet: ecce vidit statim ip̄m puerū in speciē panis vt ꝓus erat reuersum. z beatā virginē cū puero disparuisse: sicq̄z missam cōpleuit. Hec sufficiāt. Sunt eīm veritatis huius sacramēti innumera testimonia: sed p̄ oīmibus sufficiat nobis verbuz christi filij dei di. Hoc est corpus meuz tē. O ḡ fideles anime veneremur hoc sacramentū ineffabile z tam multiplicit̄ mirabile. Adoremus z depcemur dominū iesū in ipo vere existentē vt de⁹ gratiā z gl'iam Amen.

De corpe xp̄i Sermo q̄rtus sez de hui⁹ sacramenti institutiōe sub velamine z adoratiōe.

Jc est panis qui

b de celo descendit: qui māducat hūc panē viuet in eternū Joh. vj z in euangelio hodierno. ¶ Sancta mat ecclia hodie nos inuitat ad celebrandū reuerēter z deuote festum ip̄ius corpis z sanguinis dñi nostri iesu xp̄i. Et

ad id pcipue in euãgelio p verba pdicta monet nos triplici rõe. Primo rõe dignitatis .s. hui⁹ sacramẽti corpis xpi. qz in b sacro vere est xps dei celi z terre. z idcirco ꝓponit nobis ꝓbũ testionij xpi di. Hic est panis. q. d. sub specie ista panis ẽ vere xps deus: z ideo adorãd⁹. Secundo ratõe charitatis quã nobis ipe xps exhibuit. ideo subdit. q̃ de celo descẽdit. q. d. Ecce ẽntũ nos xps dilexit qz p nostro amore de celo descẽdit in carnez quã in b sacro nob manducãdã dedit. debem⁹ ẽ ipm reamare z p amore ipius b festũ devote colere in gr̃arũactionẽ: qz vt ait Bre. Indign⁹ est de dãdis q̃ ingrat⁹ est de datis. Tercio ratõne vtilitatis z nr̃e salutis que ꝓvenit nobis ex b sacramẽto ꝓpter qõ subdit. Qui mãducat hũc panẽ viuet ineternũ. Reuerẽter ẽ b sacr̃m bodie colam⁹ vt vite eterne p̃miũ acquiram⁹: z ad ipsuz mãducãdũ digni sim⁹. Audiam⁹ ẽ xp̃m z ecclesiã bodie di. Hic est panis q̃ d celo zc. Jurta que ꝓba tria mysteria in b fmone notabimus

Primũ d̃ institutõnis
Scõm d̃ velationis
Terciũ d̃ adorationis

B Circa p̃mũ d̃ institutõe sacri eucharistie q̃rit Cur xps dñs voluit nob realiter suũ sacruz corpus z sanguinez sub sacro dandũ instituere. qz nimirũ i alijs sacris .s. baptismo: ꝓfirmatõne zc. xps nõ ꝓtinet fm subst̃iã realiter: sed solũ ad est fm virtutẽ z gr̃am suã. Cur ẽ in b sacro non suffecit eo mõ dare gr̃am suã sic in alijs. Sz qõ ẽ maximũ voluit se realiter fm subam dare nob in b sacro eucharistie in q̃ est verꝰ corpus xpi z ver⁹ sanguis. Joh. vj. Caro mea vere ẽ cib z sang. zc. Rñr ẽ fm Frã. maro. z doc. sup. iiij. di. viij. cõit p ꝓclonẽ q ssume ꝓgruebat xp̃m dñm realiter nobis dare se i sacro eucharistie ad mãducãdũ. z b pl'ibz ratõibz ꝓpter qs voluit xps sic istituere eucharistie sacr̃m. Prima ratio ex pte hui⁹ sacri. Secũda rõ ex pte nr̃i. Tercia ex pte ipi⁹ xpi iesu bñdicti. Prio ex pte sacri. qz vt d̃t Aug. de ciui. di z expientia ꝓgscim⁹. de⁹ ꝓuidet cuilibz create ci bũ fm ꝓditionẽ nature sue. Nã creaturas pure corpales vt vegetabilia z bruta nutrit cibo totaliter corpali. s. de terra: de herba: feno z similibz. Creaturas vo oñino spũales: vt angelos refic cibo oino spũali. s. visione deitatis. Matb. xviij. Angelioz semp vidẽt faciẽ p̃ris zc. ergo hõ cuz sit partim corpalis z ptim spũalis z rõnalis ad dei imaginẽ fact⁹ debuit tali alimẽto nutriri ad vitã eternã: qõ ꝓtineret vtrũqz. s. deitatẽ xpi cum hũanitate sicut est in b sacramẽto. ne. s. hõ spũaliter mozeret morte eterna. Nimirũ sicut in. iij. ca. Gen. legim⁹ hõ incurrit mortẽ p cibũ ligni vetiti teste dño. Quacũqz hora comederitis ex eo morte moriemi. ẽ ꝓuenies fuit vt p cibũ vite in sacro b ipa hois vita eterna restaurarek. Sed qz vidẽ⁹ i vita corpali q̃ hõ p̃mo nascit. deinde nutrit z sic in vita ꝓfuat. ita in vita spũali esse debet q̃ hõ p̃mo nascatur regeneratus p baptismũ: z tandẽ nutriat p eucharistie sacr̃m. Sed quoniã b modo videm⁹ in natiuitate corpali q̃ genitus non cõiungit parẽti fm substantiã sed tm̃ fm virtutẽ. In nutritõne aũt cibꝰ cõiungit nutrito fm substantiã: qz vt dicit. ij. de aia. Alimentũ ꝓuertit in substãtiã aliti. ergo in ipa vita spirituali christ⁹ dñs in baptismo solũ est fm virtutem z gr̃tie effectũ regeneratõis. Sed in sacro eucharistie qõ est alimentũ spũale est fm substãtiã realiter. Denitz qz ex quo hõ sic fact⁹ est vt duplici alimonia idigeat in corpe. s. in cibo z potu: idcirco sub duplici specie b sacramẽtũ institutũ est. L Sz nota hic p simplicib⁹ q̃ sicut in nutrimẽto cibꝰ corporalis licz sit ordinat⁹ ad ꝓfationẽ vite vl' nutritõnem: tñ accidit ꝓsepe esse in detrimentũ. Et p̃mo si q̃s iratis pectoribz sumat. tũc em̃ potius in lãguoris q̃z cibatõis materiã trãsmutat: vt dicit Jobes ysagoge de remedijs sanitat. Naz fm Auicẽnã: tũc colericis mox humoribz cõmot ira cibꝰ pmiscet i hoie. Colericꝰ aũt humoz morbosus est. teste Galieno. Sic hoc sacr̃m irã tenẽtibus cõtra ꝓximũ est ad dãnatõnem. Amb. Indãnatõnem inqt vergit corpis z aie eucharistiã iterato ꝓtra quẽpiã aio mãducare. Secũdo fit i detrimentũ si quis cibũ nõ bñ coctuz sumat. sic cũ homo ad b sacramẽtũ nõ satis bñ se ꝑpat per feruoꝛẽ ꝓfitõnis z devotõis. j. Thoz. xj. Probet aũt seipm̃ hõ z sic de pane illo edat. Qui eni mãducat indigne zc. Tercio fit in detrimentũ si plus mensurã in sumẽdo accedat. Sic q̃ circa hoc sacramentũ plꝰ sapit q̃z oporteat: nec sibi sufficit fides eccl'ie. talis in errorẽ labit. Quarto cibꝰ nocet cũ quis mox post sumptũ cibũ somno seipm̃ dat: qz sic impura fit digestio z febris sequit fm Auicẽ. viij. lib. medicinaliũ z Cõstãtinũ zc. Sic cũ hõ post sumptã eucharistiã somno peti labit nec gr̃am acceptã bñ custodit: dãnatõem acqruit. Joh. vnico. Videte ne pdatis q̃ opati estis sed vt mercedẽ plenã accipiatis. Congruebat ẽ b sacramẽtũ cibale sic zc. D Secũdo ex pte nr̃i voluit xps dñs b sacr̃m instituere dando realiter suũ scz corpus z sanguinẽ. Primo ꝓpter sacrificiũ in remissionẽ peccati: vt habeam⁹ efficacissimũ sacrificiũ qõ offerat tam p viuis q̃z p mortuis. s. in purgatorio existẽtibz. Secũdo b voluit xps ꝓpter meritũ nostre fidei. Nã b sacramẽtum dicit mysteriũ fidei: vt patz in canõe misse: quia p hoc sacramẽtũ fides z eius meritũ mult̃ sublimat: in eo q̃ credit deo in tã difficili re et supra omnẽ ratõem arduissime. Aug. de verbis dñi. Ambula p fidez z pueries ad speciẽ. Nemo letificat in patria quẽ fides nõ cõsolat in via. Jo Job. xx. Beati qui nõ viderũt z crediderũt: quia scz ꝓpter fidẽ verã habebimus in futuro clarã visionẽ. Item Maximus in sermõe. Enarrari nõ potest credi põt: z si lingua z sensus deficit fides tamẽ sufficit. Nam magna est fidei ꝓfectio z erit

copiosa remuneratio: cū tantū de deo p fidē ꝛci pimus qđ fmōe nō pōt explicari. Tertio voluit xp̄s ꝫ sacr̄z altissimū istituere ꝓ fulcimētū nr̄e spei. Uñ ꝫ sacr̄m dr̄ ara z pign⁹ future glie. Sic ei p pign⁹ bono ꝓmisso qs certificat: sic nos p hoc sacramentū de futura beatitudine ꝓmissa. Uñ canit eccl̄ia. O sacrū ꝙuiuiū in quo xp̄us sumit recolit memoria passionis ei⁹: mens implet gratia z future glie nobis pign⁹ dat. Proinde Aler. de ales in. iiij. sūme dicit. q diuina sapiētia sui corpis z sanguinis sacramētū instituit vt ad gustū diuinitatis alliceret z inuitaret per gustū hūanitatis. Quarto voluit ꝓter incendiū charitatis dei. Nā in hoc p amoris sui magnitudinez inuitat nos ad suū amorē. qz vt dicit Amb. Naturale est diligere se diligentē. Uñ p signo vnionis p amorē voluit nobis se dare in cibū. Naz dixit Joh. vj. Qui māducat carnē meaz rē. in me manet z ego in eo. Maximū ꝗppe signū dilectionis ē velle fieri idez vel vnū cū dilecto. iuxta illud pbi. Amic⁹ est alter ego. O ardēs z inflāmata charitas iesu. O amor clemētissimi cordis iesu. vt loquar cū Bern̄. q̄z cordialiter debem⁹ te diligere iesu dulcissime q dedisti nobis carnē in cibū. sanguinē in potū. aiam in redēptionē. deitatē in glorificationē rē. Nouim⁹ ꝗppe charissimi qz puulus naturaliter amat nutritorē suuz. qz de lacte ei⁹ alit z nutrit. quātū ḡ o xp̄iana aia debes xp̄z reamare q suo ꝓpio corpe z sanguine te pascit.

E Tertio ex pte xp̄i voluit dn̄s hoc sacrāmētū instituere. s. ꝓter eius dilectiōis z passiōis iugē recordationē. Uñ dixit. Hoc facite quotiēscūq̄z sumitis in meā cōmemorationē. Nimiruz in hoc sacrāmēto passio xp̄i repsentat. Primo ex cōsideratione specieꝝ ꝙbus ꝓficit. s. de pane triticeo z vino q̄ multis laboribus pficiunt: vt patet de pane cui⁹ triticuz seminat: metit: excutit: molit: cribrat: z vltimo igne decoquit iter ferrea instrumēta hostie. Sic xp̄s dn̄s a puericia multiplici labore z passione fuit attrit⁹. Ut em̄ dicit Aug. Tota vita xp̄i crux fuit z martyriū. z tandē inter duos ferreos suspēsus igne charitatis in passione fuit assatus. Itē vinuz etiā vt fiat multos labores circa vineā requirit. post quos tandē in torculari fortiter exp̄mit. Sic sanguis xp̄i in torcu lari crucis tot⁹ fuit exp̄ssus. Secūdo q̄z in hoc sacrāmēto passio xp̄i repsentat ex ꝓsideratione cōsecrationis. qz diuisim ꝓsecrat sanguis sub specie vini. z corp⁹ sub specie panis. Et sub numero ꝙnario ꝙborum in forma cōsecrādi. s. Hoc est em̄ corp⁹ meū. Quāuis ly em̄ nō sit de necessitate: tñ peccaret q omitteret. De forma aūt sanguinis inter doctores est varia opinio. sed cū Scoto tenendū ē ꝗ tutius. q̄ sez tota forma ab eccl̄ia tradita dicat z intentionē applicet sacerdos intentiōi eccl̄ie. Ad it̄ sepatus a carne in passione affluen. p ꝙnqz vulnera xp̄i p̄cipua. Tertio in hoc sacrāmēto repsentat passio xp̄i in mō sumptiōis. qz frangit hostia a sacerdote: dētibus atterit⁹ z deglutita occultat. Sic xp̄s passiōibus attrit⁹ z mortu⁹ tandē in sepulchro ē clausus. Ecce ḡo xp̄iane aduerte q̄n tū es dilectus a xp̄o z iugiter ei⁹ memoriā passionis in corde recōde. Uñ vt dicit in clemen. ō relig. z vene. san. c. Si dūm. Alia quoz memoriaz agim⁹ spū mentecz cōplectimur sed nec ꝓter ꝫ realē eoz p̄sentiā obtinem⁹. In hac ꝙo xp̄i sacramētali cōmemoratione ipe xp̄s p̄sens est sub alia quidē forma: s̄z in ꝓpria substātia. iuxta illud ꝓmissum. Ecce ego vobiscū sum vsqz ad ꝓsūmationē seculi Matth. vl. Oō certe taz pfecte ipleuit vt z in celo maneret z hic nobiscū esset corpaliter in sacramēto p nostro amore z salute. O ergo ie su bone tibi laus z gratiarū actio.

F Circa secundū de velatione q̄rit. quare xp̄s dn̄s voluit suū sacrum corpus z sanguinē velare in hoc sacrāmēto sub panis z vini spē. nonne meli⁹ fuisset tradere in hoc sacramēto aperta visione. qz ex hoc magis charitas z fides ꝓbationez accepisset. S̄z ad hec rñdet p ꝓclusionē iuxta Jno. de sacrāmētis. alios q̄s q̄ sūme decuit corp⁹ z sanguinē xp̄i nobis sb velamēto tradi. p̄cipue triplici rōne.

Primo ꝓter indignitatē quo ad malos.
Secūdo ꝓter vtilitatē q̄ ad bonos.
Tertio ꝓp̄ ibecillitatē quo ad cūctos.

Primo ꝓter indignitatez q̄ ad malos. qz mali nō essent digni sic apta visione videre. z ne p tali visiōe pcuterent ab angelo z perirēt. Sic legitur de bethsamitis: q̄ pcussi sūt z interfecti eo q arcā dn̄i ꝓsperissent. j. Reg. vj. qz vt dicit glo. Nulli licebat videre arcā detectā nisi pontifici digne accedēti. Et hoc sub pena mortis inhibebat. Nūe. iiij. Nec aūt arca figura fuit sacramenti. B

Querit ḡ vtruz xp̄ian⁹ existēs in pctō mortali peccet videdo vel aspiciēdo in hoc sacrāmēto corpus xp̄i. Et rō qz talis tāgēdo vl sumēdo peccat mortaliter z dānabiliter. j. q. j. Dia sacrāmēta in ḡt obstūt indigne tractātibus. z ē vbuz Aug̃. q̄re ḡ nō peccat videdo. Ad hec rñdet breuit fm Bonauē. Rich. q̄z sup. iiij. di. ix. z ꝙor. Tho. alioqz q̄ aliud ē de tactu vel gustu hui⁹ sacrāmēti. z aliud de visu. qz existēs in pctō mortali peccat ꝫ sacrāmētū tāgēdo vel sumēdo. etq̄ ꝓinquis cōiungi habet xp̄i corpi eo q̄ irreuerētiā facit sic sacrāmēto. Uñ Esa. lij. Mūdamini q̄ fertis vasa dn̄i Et. j. Cor̄. xj. Qui māducat z bibit indigne iudiciū sibi māducat z bibit rē. Posset tñ esse aliqs casus in q̄ pctōr tāgēdo corp⁹ xp̄i excusaret: puta cū ꝫ faceret cū timore z reuerētia ꝓter aliquā necessariā causam. vicz qñ nō existēte ꝓsente alio digniori erigeret hostiā iacentez in terra z hmōi. in q̄ casu etiā laic⁹ hoc posset facere fm Rich. Sed pctōr videdo xp̄i corp⁹ nō peccat. qz taliter nullā facit irreuerētiā sacrāmēto: cū nō tā ꝓinque iungat eidē: vt sic. Sic exēpli gr̄a. Si tu habes ocu-

los egros aspiciēdo regē a remotis: nō iputaꝝ p irreuerētia regi fienda. Sz si manʾ stercore fedatas vel labia sic fedata haberes qbꝫ ipm regē tractares vel osculari velles iputareꝝ. Sic in ꝓposito. Un pctōr vidēdo corpʾ xpi nō peccat: imo aliqd mereꝝ: si tn cū hūilitate z reuerētia videat: etsi p cēsurā eccl'iasticā nō sit, phibit'. Notādū g̃ fm ipos doctores q̃ aliq̃ sūt pctōres q̃ ab eccl'ia arcētur a visiōe huiʾ sacri vel phibēꝝ: vt sūt heretici excōicati z iterdicti ac hmōi tales peccāt se ingerēdo z videre volendo. qz nō obediūt eccl'ie: vt ptz extra de pe. z re. q̃ in te. fm Hostiēn. z Rayne. ac wilh. Un̄ interdicti tpe nō ē eccl'ie fenestra aperīta tpe eleuatōis corpis xpi vt videāt iterdicti extra eccl'iaz auscultātes missaz. Scdo aliq̃ sūt peccatores q̃ nō phibent ab eccl'ia: sūt tn̄ in peccato manētes nec ꝓtriti. Tales vidēdo corpʾ xpi non peccāt: tn̄ fm Alb. nō debent videre multo aspectu: sz viso illo pcutere pectʾ q̃si nō sint digni ad faciē xpi videndā. Refert sanctʾ Bernardinʾ in suo q̃dā sermōe. q̃ matrona quedā duz irā tenere ꝓtra ꝓximū. z ad hierusalē pegrinatōis deuotiōe venisset z cōicari veller: mox vt sacerdos corpus xpi ad aspectū eidē exhibuit vultuz illa coacta auertit facie retrorsū ꝓuersa diuino miraclo z se indignā etiā visiōi nedū sumptiōi corpis xpi est ꝓfessa. Tertio alij sūt pctōres q̃ ad ꝓtuitū corporis xpi cōpungūt hūiliter z reuerēter se gerentes pctā dolent. z tales plura bona ꝓmerent scz pctī recognitionē ac remissionē. Exēplū de petro q̃ cū xpz negassz ad aspectū xpi se recoḡuit z amare fleuit. Itē gr̃e acq̃sitōz p reuerētia iuxta illud Eccl'i. xxxij. Pro reuerētia accedet tibi bona gr̃a. Atqz saluteē. Aug. Intuitʾ saluatorʃ salʾ ē pctōrʃ. ō bis latʾ ser. j. ar. iij. ¶ Scdo ꝓpē vtilitatē q̃ ad bonos: voluit xpus corpʾ suū velatū dare. Inno. de sacris. Hoc iudt sacrm sub alia spē sumit ad augēdū. s. fidelibꝫ meritū fidei. qz fides nō habz meritū cui hūana rō pbet exp̄imētū. Et ad fauendū sensui ne abhorreret animʾ q̃ cerneret oculʾ. qz nō cōsuetumʾ carnē hūanā crudā z sanguinē bibere. Nec ille. Un̄ legit q̃ Hugo de sanct. vict. dū missaz celebraret q̃dā vice post agnʾ dei xpus q̃si puerulʾ formosissimʾ in hostia sup patenā sibi apparuit. cuiʾ visiōe indicibiliter ē ꝓsolatʾ. Cui tādē puer ait. Hugo dilecte mi māduca me Ad quē ille. Quo ausu amātissime dñe i tali forma audeā dētibꝫ māducare. Cui xpus. Nisi manducaueris me nō habeb̄ vitaz in te. Tūc Hugo orauit di. O amātissime dñe si sic necesse ē oro vt vultū tuū gl'iosū absc̄odas a me: z mox xpo disparēte in forma panis ille eū sūpsit. Tertio p̄ pter ibecillitatē q̃ ad cūctos qm̄ claritatē corporis iesu nullʾ viator posset inspicere naturaliter cū indicibiliter splēdidioz sit sole. O vere magnū deū iesum.

Nota

¶ Circa tertiū p̄ncipale ō adoratōe q̃rit. vtz xpus dñs in sacro eucharistie debeat adorari eq̃li sub maiestate sic̄ est in celesti beatitudine. Extratio q̃stiōis. qz videt magna differētia eo q̃ xps in celo regnās ē in sūma gl'ia. In sacro aūt est in sūma hūilitate velatʾ corruptibilibꝫ z accidētalibꝫ speciebꝫ panis z vini. Quō g̃ eq̃li maiestate adorab. Ad hec rñdēdo p simplicitū edificatiōe notēʾ tres p̄cipuas vitates a theologicʃ doctoribꝫ recollectas. Pria vitas q̃ diuia xpi iesu maiestas z gl'iosa eiʾ dignitas ī nll'o minuit p spēs ipas. Sic ei xpi filij ōi maiestas z dignitas nō fuit aliq̃ mō diminuta in carnis ex vgine sūptiōe p vnionez. vt Leo papa testat. Diuinitas inḋt nulluz detrimētū oiporētie subijt nec dei formā forma fuiui olauit. qz qō erat esse nō deslit. Sic a fortiori cuz idē corpʾ deo vnitū z de vgine natū velauit accidētibꝫ nō inhērētibꝫ ipi sz p se stātibꝫ in nullo maiestas xpi ē diminuta. Etem̄ sic̄ dignitas regi nō minoraꝝ si veste hūili induaꝝ ob suoz vtilitatez. sz ipa vestis honoraꝝ: sic de spēbꝫ. Scda vitas q̃ q̃uis xps sit velatʾ in eucharistia ne videaꝝ visiōe apta: nō minoꝛ tn̄ q̃z in celo fulget maiestatis gl'ia: vt p magistrū p tz in. iiij. di. xij. Idē nēpe p oia xps eque porēs: eque gl'iosus deʾ inseparabiliter cū patre z spūsancto p̄sens est in sacro tam mirabili fm qō dicit Fran. Maro. in sermōe de corpe xpi. Ex qbꝫ clarēt plura magnalia in h̄ sacramēto. Primū qz sic̄ in celo dei filiʾ ab eterno p̄ genitʾ est idē patri z eq̃lis maiestatis in gl'ia: ita z in hoc sacro idez est dei filiʾ p oia. Scōm q̃ sicut in celo ꝓduxit spm̄sctm̄: ita nec in h̄ sacro desinit spirare xps spm̄sanctū. Tertiū q̃ sic̄ existēs in celo scit oia q̃ sūt: erūt z fuerūt z disponit mūdū ac regit: aliis ꝓspa: aliis aduersa dādo: alios eligēdo z gr̃am infūdēdo: alios p demeritis peccatorū reꝓbādo: ita hec oia pōt z facit ipe idez existēs in sacramēto. Quartū q̃ sic̄ in celo glorificat oēs angelos z btōs z ab oibꝫ adorab: ita i h̄ sacramēto fm deitatē z visionē intellectualē quaab oibꝫ beatis videt z adorab: vt patuit latʾ sermōe ꝓmo ℔ z ℍ. Tertia vitas q̃ sicut xps existēs in celo adorab sūma reuerētia latrie: p diuina maiestate: sic reuerēter adorari debet in sacro eucharistie. z ptz ex p̄missis. Un̄ legit de sctā virgine Clara ordinis secūdi bti Fran. q̃ corpʾ dñi cū susceptura ꝓs lachrymis calidis rigabat. et cū tremore accedēs nō minus formidabat in sacramēto latētē q̃s celū terrāq; regētē. ℞ Sz q̃liter adorari debeat eucharistia nota fm Frā. z Maro. vbi sup̄ aliq̃ documēta. Unū ē q̃ adoratio vel eiʾ intētio nō est dirigēda ad id qō cernit sz ad id qō credit tm̄. qz illud est dignū adoratione. Nā vt ait Grego. z extra de cele. miſ. Cū marthe. dicit hoc sacramētū mysteriū fidei q̃m aliud ibi creditur q̃s cernatur: z aliud ibi cernit q̃s creditur. Species em̄ panis z vini cernitur: z veritas corpis z sanguinis xpi credit. g̃ intentio adorantis nō debet dirigi ad species visas sed ad cōtentū. Secūdū documētū est. qz exq̃ ꝓba conse

cratiõis secrete, pferunt a sacerdote hostia nõ est adorãda donec adorez z eleuet ab ipo sacerdote qz nõdũ ibi ꝓstat eẽ corpꝰ xpi: vt sic viteꝫ idolatra.

Tertiũ documẽtũ ꝙ qñ sacerdos in cõicãdo fideli dicit. Credis hoc esse corpꝰ xpi de ꝟgine natũ z passũ zc. debet qlibet tũc dirigere intẽtionez suã ad illud qõ creditꝫ z nõ ad id qõ cernitꝫ. Unde tutiꝰ esset dicere. Credis hic vel in hoc esse corpꝰ xpi. cñ fm Scotũ simplices intẽtionẽ ad fidez ecclesie dirigẽtes nõ errãt sed excusantꝫ. Quartuz ꝙ licet xps oculo corpali nõ videat in sacramento ꝓprie: cñ nõ errãt fideles q̃ dicũt dñm se vidisse. qz nullꝰ errat in ꝟbis que possũt verificari eo mõ q̃ verificat scꝑtura diuina in qua dr a simili ꝙ moyses vidit dñm corpaliter in rubo: nõ ꝙ ibi viderit deitatẽ: sz qz dñs assistebat illi rubo. Sic in ꝓposito. O ḡ xpiane gaude qz deũ vides in sacramẽto. Dicã ḡ cũ Augꝰ. de ꝟse. dist. ij. hoc sacrm pietatis. o signũ vnitatis. o vinculuz charitatis: q̃ vult viuere accedat z credat. O iesu bone p̃ bs sacramẽtũ da nob gr̃az i pñti z gl̃az i futuro amẽ.

De sctõ Antonio ordis mioꝝ Ser. cũ legẽda.

Medio eccle/

i sie aperuit os eiꝰ z ipleuit eũ dñs spũ sapie z intellectꝰ: stolã gl̃ie induit eum Eccĩ. xv.

B Hec ꝟba canit eccl̃ia in itroitu misse de b̃ sctõ vicz pie Antonio. Quibꝰ ꝟbis cõmẽdat eius sanctitas ꝙ scz fuerit multũ vtilis populo p doctrinaz p̃dicationẽqz verbi dei. Idcirco dicit. In medio eccl̃ie aperuit os eius. s. ad docenduz populũ. Et ꝙ plenꝰ fuerit sapiẽtie z gr̃e dono. idcirco addit. Et impleuit eũ dñs spũ sapientie. s. ad degustandũ diuine gratie dulcedinẽ. Uñ sapientia dicit quasi sapida sciẽtia que ꝓprie est diuinaruz rerũ cognitio. z eterne veritatis delectabilis ꝓplatio fm Aug. xiij. de trinita. Et qñ cũ hoc habuit etiã donũ intellectus. s. quo ad ꝙersandũ in oñi sanctitate moꝝ. Idco dicit. Et intellectus: que nõ mõ de diuinis z eternis est. sed etiã de rebꝰ visibilibꝰ et spũalibꝰ rpaliter exortis: vel humanis. Preterea exquo pseuerãtibꝰ in sancta vita z salutari doctrina repromisit deꝰ celestẽ corpoziz z aie gloriã qua dotabit hõ in patria. Jõ de hoc cõmendañ. beatũ Antoniũ subdit. Stolã gl̃ie induit eũ. Uñ iurta hec tria mysteria notabimꝰ ad honorez ipius beati patris Antonij fm qõ de bis tribus cõmẽdat.

Primo ó p̃dicatiõis fructuositate: ibi. In medio eccl̃ie aperuit os zc.

Secũdo ó plenitudinis gratiositate: ibi. Impleuit eũ dñs spũ sapie.

Tertio de beatitudinis gloriositate: ibi. Stolam glorie induit eũ.

B Circa ꝑmuz de p̃dicatiõe salubri z fructifera sit. p ꝓclusiõe ꝙ beatꝰ Antoniꝰ. p fructu p̃dicatiõis. ꝓbat multũ cõmẽdabilis z gl̃iose sancti tatis. Declarat ex dictꝝ triũ p̃cipue doctoꝝ. Primus est Gregoriꝰ q̃ in libro dyalo. dicit sic. Magnus est ingt miraculũ p̃dicatõis ꝟbo atqz oratiõnis solatio pctõrẽ ꝙuertere qz carnẽ mortuã suscitare. Cuiꝰ rõnẽ idẽ moral. li. xix. tangit. dicens sic. Si magne mercedis est a morte eripe carnez quãdoqz morituraz: quãti est meriti a morte animã liberare in celesti patria sine fine victurã. hec Grego. Secũdus doctor Richardus in benyamin ado. di. sic. Nescio si põt hõ a deo in hac vita aliquid maius accipe: an possit hac gratia interim maiorẽ gratiã deꝰ ꝓferre hoi qz vt eius ministerio ꝙersi homies in melius mutentꝫ vt ó filijs diaboli filij dei iuenianꝫ. Hec Richar. Tertius est Innocẽtius. extra de offi. iudicꝝ ordi. ca. Inter cetera. dicẽs sic. Inter cetera q̃ ad salutẽ spectãt populi xpiani: pabulũ ꝟbi dei ꝓmaxime sibi noscit esse necessariũ. qz sicut corpꝰ materiali: sic aĩa spũali cibo nutrit eo ꝙ nõ in solo pane viuit hõ: sed in oñi ꝟbo qõ ꝓcedit de ore dei. Unde ibidẽ iniungit epis vt p se vel p alios p̃dicare debeãt ad salutẽ aiaꝝ. Et dictis accipit ꝙ documẽto ꝙ xpianꝰ in maximo piculo dãnatõis ẽ: q̃ audit q̃dẽ ꝟbũ dei sz obicẽ ponit gr̃e dei: nec ꝙuertit a pctis p ꝟbũ dei. Nã Aug. de ciui. dei dicit. Nisi intus assit gr̃a saluatoris frustra exterꝰ impẽditur vel audit p̃dicatio ꝟitatꝝ. Et ponit exemplũ de Lain quẽ dñs volẽtẽ occidere fratrẽ p̃monuit z penã cõminatꝰ adiũxit Ben. iiij. c. cñ ei nil valuit. qz gratiã dei reuocanti nõ curauit: sed cõtẽpsit. Itẽ aliud documentũ ꝙ xpiano ẽ adhuc maius piculũ nõ audire verbũ dñi. Nã reuera magꝝ debet hõ requirere quotidie verbũ dei q̃z cibum corpalem quo nullo die vult vel põt carere. Oõ ostẽdit pluribꝰ rõnibꝰ. Primo quidẽ rõne nutritiõis. qz cibꝰ corpalis nutrit ventrẽ. cibꝰ ꝟo diuini verbi z boni opis nutrit mentẽ z reficit ac satiat aĩam q̃ ip̃roportionabiliter melioꝝ ẽ q̃z corpus. Matth. vj. Nõne aĩa plus est q̃z esca z corpus zc. Sicut eñ stultus esset qui eligeret portꝰ corpus suũ perire fame q̃z vestimentũ suũ atteri sic qui aĩam vult fame occidere nõ audiẽdo verbũ dei p corpis cibo querẽdo. Secũdo rõne permansiõis. quia cibus mẽtis manet cũ ania: sed cibus corpis peribit. j. Corꝝ. vj. Esca ventri z venter escis: deꝰ hũc z has destruet. s. in morte. Tertio rõne viuificatiõis. qz cibus verbi dei vitã dat eternã. Sed cibus corpis vitã rpalem sustentat. Propter hec p̃missa Job. vj. dicit dñs. Opamini nõ cibũ q̃ perit sz q̃ ꝑmanet in vitã eternã quẽ filiꝰ hois dabit vobis. Propterea Greg. omel. xiij. hoc signũ dicit esse salutis z vite eterne si videlicet q̃s libẽter verbũ dei audit dicens. Uerba dei fratres inquit mente retinere que aure percipitis. Cibus eñ mentis est sermo dei z quasi acceptus cibus stomacho languẽte reiicit quãdo auditus sermo in ventre memorie nõ tenet. sed si quis alimenta nõ retinet huiꝰ ꝓfecto ó vita de

De. B. Antonio ordinis minorū

sperat. eterne ergo mortis periculū formidate si cibū sctē exhortatōis nō accipiēt. si vba vite in memoria nō tenet. Nec ille. Ad pdicta exēplū i isto btō Antonio quē de⁹ i signū hui⁹ sīe i vita miri-ficauit dādo sibi gram recupandi aias pditas. sic existēti in celo dedit gras mirabilit p eius merita recupandi hoibus res pditas. Nā refert q cuiusdā nauigātis bursa ducat. plena i mare ceciderit quā piscis deglutiuit. Tādē p piscatores casu captus ab eodē hoie cui⁹ erat pecunia emit. z fratribus minoribus elēosynarie dat. vt p fortūa p-spera sctm̄ inuocent Antoniū. Cū ḡ frēs in vētre piscis exterent pecuniā inuēissent: signis veris datis cognouerūt illā esse. z reddiderūt hoi. ac sancti Antonij merita extulerūt. z sic patz zc. L

Querit. vñ ē q pdicator nō sp aias lucrat. Rñt Bre. in omel. de euāgelist. di. Predicatorū ligua sepe restrigit ex culpa ppria. Nā teste ps. pctōr dixit de⁹. Quare tu enarras iusti. m. Sepe aūt ex culpa subiectorū. Unde Ezechieli. c. iij. dñs dic. Linguā tuā adherere faciā palato tuo. z eris mutus qm̄ domus exasperans est. Nā q pastoris taciturnitas aliqñ sibi z subiectis nocet certissime scit. hec Bre. Ut ḡ vbi dei pdicatio facere possit fructū vite eterne oportz p̄mo ex parte audiētiū vt. s. audiāt diligent pdicatōem. z reuerent. z cuz b effectualit. s. pcepta obtuādo: sine q nō ē salus Jō Lu. xj. dic rp̄s. Bti q audiūt vbū dei z custodiūt illd. s. ope implēdo. Nā. j. q. j. Interrogo Aug. dicit. Quāta sollicitudie obtuam⁹ qñ corp⁹ xpi nobis mistrat vt nil ex ipo i terrā cadat: tāta sollicitudie obseruem⁹ ne vbū dñi qd nobis erogatur dū aliud cogitam⁹ aut loqmur de corde puro peat: qz nō minus erit reus q vbū dei negligēter audierit qz ille q corpus xpi sua negligētia in terrā cadere p̄misit Nec ille. Sed cū pdicatio deuote audit dic Bre. xxx. morat. q p gratia auditorū dat inqt bonus sermo etiā mal doctoribus vt phariseis: de qbus dicit. Omnia qcūqz dixerit facite. Nec ille. Secūdo ex pte pdicatorū vt sibi et alijs fructificēt oportz q sint ab omni pcto mūdi. Unde dist. xxxv. Sexto. in fi. Amb. ait. Qui christū annūciat ab omni viciorū incētiuo p̄stare se debet alienū. Et ad idē di. l. Quid est b. Et c. Cum eruditero. Nā fm Anto. florēn. in sū. 2ke. Quotiēs qs in pcto mortali existens pdicat totiens mortaliter peccat. Ideo Lbryt. di. xl. Multi. dicit. Bñ docēdo z male viuēdo deū instruis quō te debeat p̄dēnare. Secūdo requirit vt sint sufficiēter docti. viij. q. j. Oportz. qz di. xxxviij. Ignorātia (inqt 2cilij) mater est cūctorū errorū. maxime in his q docendi officiū i populo dei susceperūt. Tercio vt sint charitate feruidi tā ad pdicādū vbo qz ad edificādū exemplo. Unde Bre. xviij. moza. Mens vicijs z exterioribus occupata igne diuini amoris nō cādet. Idcirco ad supnū desideriū inflāmare auditores nequeūt vba que frigido corde pferūt. Neqz em̄ res q in seipa nō arscrit aliā accēdit. Nec ille. Idē Bre. in regis. Dū p linguaz pdicamus p exēpla destruim⁹ q male viuimus. Ad ꝓpositū btūs Anton⁹ fuit magne z p̄clare sanctitatis sapiētie z charitat. vt in eius vita claret. Merito ḡ pdicatio eius fuit multuz acceptabil z multū fructuosa z sibi maxime meritoria. Unde p magnis ei⁹ meritis z pmijs confidere possumus q intercessor apud deū p nobis

D Circa secūdū p̄ncipa. (miser) obtineat le de plenitudie spūs sapiētie querit. qualit ania sancta implet sapiētie spū et gratia vt sit pfecte sācta z deo acceptissima. Ad qd rñdet fm dictamina Hugonis de archa. li. ij. ti. vl. z li. iij. p totum q dicit. q sapiētia dei inqt in cordibus sctorū tanqz in padiso inuisibili crescit sic vl his gradibus Primo inquit seminat p timorē. Secūdo rigat p gtiā. Tercio mozit p humilitatē. Quarto radicat p fidē. Quinto ozit p cōpūctōem. Sexto crescit p desideratōem diuinoz et amorē. Septio viret frondet z ramos expādit p spem. Octauo floret disciplinā z mozū honestatē. Nono fructificat p virtutes opationē. Decimo maturescit p pseuerātiā. Undecimo carpit p mortē. Duodecimo iferet ad cōuiuiū mense regis p dei visionē. Et hec ex vbis Hugonis breuit psequi sufficiat paucis p lucida claritate additis. Primo nāqz vt dicit sapia dei p timorē semiatur. Nā dicēte ps. Initium sapiētie timor dñi. qz p timorē piculi declinat ois hō a malo. Prouer. xv. Bet. sup Lañ. ser. j. Nō aliō est vera z cōsūmata sapia qz decliare a malo z facere bonū. Scdo sapiētia p gras rigat qz iā inquit a sordibus defecatū spūal gaudij delectatōe pfundere incipit. vt. s. delectet in dño z spere in ei⁹ bonitate. Tercio mozit p hūilitatē. qa sicut semen germinare nōpōt nisi pus in tra moriat z putrescat: ita inquit nos germen bonuz ferre nō possum⁹ nisi pus moriamur mundo p hūilē nostri recognitōez z dolorē. Quarto radicaz p fidē qua fideles fundant i deo z xp̄o. Quinto exozit p cōpunctōem q veritas in luctu z confessiōe manifestat. Sexto crescit p desideriū scilicet diuinoz. p qd tanqz vgula fumi surſū tollitur celestibus appropinqns z de terrenoz cōcupiscētia euaporās. Sicqz hō totus spūalis efficit. z se ab hūanis seducit aspectibus z ad terrena cōcupiscēda ac carnalia horrescit. Unde Grego. sup Ezech. Dulce est esse in hūanis rebus sed ei tm̄ qui spūalia nō gustauit. Gustato aūt spiritu delipit omnis caro. Sicqz ergo si querat. qd est spūs sapiētie. Respōdet breuit fm q dicit autor de spū q nō est aliud qz amor delectabil boni. s. dei z corū que sūt ad deū. Unde sapiētia a sapore dicta. Visio enim mētis intelligētia est. gust⁹ sapiētia. illa cōtemplat: ista delectatur. Nec Autor. Nic Eccli. j. Dilectio dei honorabil sapiētia. Et Richar. addit i expositōe Esa. Omne caput lāguidū d. q hoc dono sapientie nil possidetur melius. nil ditius. nil cutius inuenit zc. et sic eius pfectio

est in charitate z gratia. Septimo tandē hec sapiētia dei viret: frondet z ramos suos expādit p spem q̄ p studiū bone opatiōis fuat virorē suuz quē amor ei nutrit ne arescat in hyeme p̄sentz vite p tēptatiōes z aduersitates. Octauo floret per florīdos mores z pios exinde pdeuntes. Nono fructificat p virtutē. Fructus em̄ boni opis ē virtus occulta recte intentiōis. Decimo matureſcit p pseuerantiā qua bonū q̄ inchoamus vsq; in finē non deserimus Undecimo p mortē carpit vt ad regis eterni cōuiuiū transferat. Et sic duodecim cibat in vultus dei visiōe. Un̄ Pē. Adipleb̄is me leticia cuz vultu tuo dele. in dex. tē. Hec fm Hugo. Ad ꝓpositum. Beatus pater Antonius fm hos modos sapiētie spū adimplet̄ fore dinoscit: vt claret ex eius serie vite p̄sequendo.

Legit q̄ppe q̄ ipe gl̄iosus pater in ciuitate Ulix bona: sita in regno portugalie in extremis mūdi finib̄ duxit originē ex parentib̄ honestis: habitātib̄ inibi ꝓpinquo limine imminēte ostio tēpli beate virginis marie in quo beati Uincētij martyris corp̄ honorifice quiesc̄it. qui in baptismo Fernādus vocatus litteris tradit̄ z imbutus est. Tandē adolescēs effectus: sentire cū p̄ter solitū cepisset motus illicitos in carne: neq̄q̄ frena voluptati laxauit: sed ꝛcupiscētie habenas restrinxit: timore dn̄i agitat̄: tantāq; gr̄am a dño ē adept̄ vt anno circiter decimoquinto spretz mūdi oblectatiōib̄ ad monasteriū canonicoz regulariū sancti Augustini inibi fundatū sūpto habitu deuot̄ cōuolaret. vbi annis fere duob̄ cōmoratus ꝓpter vitandū amicoz frequētiā obtēta supiozis licētia ad monasteriū sancte crucis de Colimbria eius ordini s se trāstulit. vbi taz chorus deo z boibus vixit vt ī eo edificarent. Post hec aūt fratrū minoz quinq; martyz reliquias a Marochio deportari accidit p dn̄m Petruz infantē: q̄ se liberatū miraculose p illoz merita pmulgañ. eoz gl̄iosa martyria narrabat. Quo audito beatus Anton̄ feruēs spiritu p desiderio martyrij decreuit intrare ordinē minoz. morantib̄ aūt fratribus minoribus iuxta illam ciuitatē Colimbriā desideriū suū patefecit. q̄ libēter annuen̄. z sponden̄. q̄ sez eū mitterēt ad ptes in fideliū p martyrij palma ꝛsequen̄. suscep̄erunt. Cui transeūti quidā ꝛcanonicus frater in amaritudine cordis dixit. Uade vade inquit. q̄ forsi tan sanctus eris. Ad quez vir dei ait humiliter. Cuz me sanctū fore audieris: deuz collaudabis. Ueniens ergo ad ordinē minoz petijt sibi nomē mutari ꝓpter vitandā frequentiū parentū z amicorū requirentiū importunitatez. Et sic mutato vocabulo: Antonius sibi nomen imponit. Tādem ardore martyrij flagrans: iuxta p̄missum licentiā petijt eundi ad terrā Saracenoz. Quo itinere arrepto deus occulto iudicio graui morbo illū flagellauit per totū hyemis spaciū ꝓpter q̄ fraudatus desiderio cōpulsus est vi ventoz nō ꝓspere flantiū applicari in romandiolaz. Instante q̄z tunc capitulo: ministro romaniole cōmendatus: in om̄i disciplina: oratiōe z abstinētia laboribus z vigilijs ac regulari obseruantiā ꝓfecit mira humilitate vt nulla prorsus litteratura mentio ab eius ore personaret: sed scientiaz omnē z intellectū in obsequiū crucifixi captiuāns peritior videbat in abluendis scutellis z coquine supellectilib̄ q̄z in exponēdis scripturis. F

B Circa p̄mū de bñdictiõe diuina crucis accipiam⁹ p ꝛclusiõe q crux xpi merito dr benedicta p quā ois maledictio hoi inflicta felicissime est abolita z ī bñdictiõez cōmutata. Declarať. qz vt colligiť ex sc̄ptura fm doc. hūanū gen⁹ p peccatū pl'es maledictiões incurrit a deo iflictas: q̄s p crucē xp̄s cōmutauit in bñdictiõem felicissime z gl'iosissime. vt patz de singul' p ordinē. Prima maledictio cl'pe. qz hō fact⁹ ē iobediēs diuio mādato qō ipo facto incurrit maledictiõez. teste p̄s. Maledicti q declinãt a mandatis tuis. O pctōr nunq̄d tibi p̄uñ videť esse maledictū a deo. Audi apl'm Heb. x. dicētē. Horrēdū ē icidere ī mā⁹ dei viuēt⁹. Sz hec maledictio p crucē xpi mutaťa ē ī bñdictiõez remissiõis. s. ois cl'pe. q̄ qō xp̄s ī cruce orauit p̄mo ꝟbo p remissiõe pctōz. etiaz suoz inimicoz. d. P̄r ig̃sce ill' qz nesciūt q̄d faciunt. Lu. xxiij. Uñ glo. sup Esa. xxxv. dr. q cū xp̄s in cruce oraret P̄r ig̃sce ill'. ad hāc vocē fm euāgeliū nazarenoz mlt̄a milia iudeoz astātiū circa crucē ꝛuersi sr̄: mouētes capita sua z pcutientes pectora sua. Et tu ḡ pctōr audi xp̄m p te orātē z ꝛuertere a pctis vt ꝛseqūr remissiõez ex bñdictiõe crucis xpi. Uñ Raban⁹. Tu sctā crux pctōrū es remissio: pietat⁹ exhibitio: meritoz augmētū. Nec Raba. ō laude crucis. Scda maledictio exulat⁹ hui⁹ miserie. vñ dixit dñs ade. Maledicta t̄ra ī ope tuo. i. ī pctō tuo vl' q̄ pctm̄ tuū sterilis erit t̄ra. vt sine labore z cultura n̄ p̄ducat fructū z ꝛueniētē homi. iō subdit. In sudore vultus tui vesceris pāe tuo. et sic ō alijs hui⁹ exulat⁹ miseriis q̄s incurrim⁹ q̄ pctm̄. O vtinaz moderni homines aduerterēt q̄t calamitates q̄t miserias z labores ac infirmitates et mortes incurrim⁹ p trāsgressiõe pcti z resipiscerēt a pctis. Si ei p vno pctō iobediētie sic de⁹ homines oēs puniuit: q̄d erit p mlt̄is peccatis actualib⁹. Sz hec maledictō p crucē xpi mutata ē in bñdictiõez meritoz. Ro. viij. Diligētib⁹ deū oia cooperant ī bonū. et etiā ī bñdictiõez leuiozis tolerātie. Hze. Quicq̄d afflictiõis pateris in terris: leue erit si ispiciať q̄d passus sit xp̄s ī lig̃ crucis. Jdē Si passio xpi ad memoriā reuocet nil tam duz q̄ nō eq̄ alio toleret. Nec ille. Hic xp̄s ī cruce dixit. De⁹ de⁹ me⁹ vt q̄d ōreliq̄sti me. s. ī penalitatib⁹ vt exēplū habeā⁹ ñ murmurādi sed patienť ferēdi aduersa p̄ cruce xpi. C Tercia maledictio mortis obligatorie. Uñ dixit dñs ad adā ybi s. Maledicta t̄ra ī ope tuo: i laboribus comedes ex ea. Et ifra. Donec reuertaris ī t̄rā de q̄ sūpt⁹ es. qz puluis es z i pul. rc. Beñ. iij. Sed hec p crucē mutata ē in bñdictiõez resurrectiõis gl'iose. Uñ canit eccl'ia. Nos ār gl'iari optet ī cru. d. n. ic. xpi ī q̄ ē sa. vi. z resur. no. zc. Propt̄ē b xp̄s ī cruce dixit P̄r ī mā⁹ tuas cō. spm̄ me. q̄ docz q nos ī mortis hora cōmēdem⁹ deo vt ad gl'iaz resuscitet in die nouissimo. Quarta ē exclusiõis a dei facie. Uñ dñs eiecit adā ō paradiso. nec admisit quēq̄ filioz ei⁹ ad paradisū nisi ex speciali gr̄a Enoch z Helia. Sz p crucē hec maledictio mutata ē ī bñdictiõez admitteñ ad deitat⁹ visiõez. Uñ xp̄s ī cruce dixit latroni. Hodie mecū er⁹ ī paradiso. i. visiõe deitat⁹ Proinde Chrys. ī omel. ō cruce dr. Crux nob paradisū q̄nq̄z reo ap̄li⁹ annoz milib⁹ p̄clusū patefecit Hoc ptz ō p̄ñs ī libo. D Raba⁹ sup Beñ. dr. Dñs ī meridie crucē ascēdit. z p̄missa latroni b̄itatiõe paradisi p⁹ meridiē hora nona spm̄ tradidit. vt vicz hora eadē q̄ p̄m⁹ hō lignū p̄uaricationis tetigerat: sc̄s adā lignū redēptōis ascēderet et q̄ hora diei p̄uaricatorē adā de paradiso expulerit. ea hora latronē ꝛfitētē ī paradisū īduceret. Nec ille. O mira dī sapia. o hō q̄n vides diei meridiē recordare de b z ora deū vt tibi det paradisū. Nā legiť q̄ petr⁹ z iobes ascēdebāt ī tēplū ad horā orationis nonā Act. iij. Nā z xp̄s illa hora ascēdit ī celū. Quita ē inimicicie diuine quā oēs filij adā incurrerūt ex pcto p̄mi parētis. Epb. ij. Eram⁹ natura filij ire. z p ꝛsequens diaboli z sub maledictiõe. Sz xp̄s redemit nos p crucē de maledictiõe Baal'. iij. et sic mutauit ī bñdictiõez. qz xp̄s ī cruce adoptauit nos in fratres. Cōmēdauit ei mīi io bānē ad significādū q̄ ois fidel' xp̄ian⁹ ē filius. s. dī

et filius beate ꝟginis marie ac frater xp̄i adoptiuus. iuxta illud Johannis. j. Quotquot autem receperūt eū dedit eis ptātem fi. dei fieri his q̄ nō. Hinc etiā xp̄s in cruce clamauit Sitio. s. salutē aiaꝝ. s. ex charitate tāq̄ frater fratꝝ bonū eē nū. Et adiecit tandē di. Cōsūmatū est. s. opꝰ redēptionis z salutis p crucē. z sic inclinato capite emisit spm̄. Job. xix. Patz ḡ q̄ oīs maledictio ꝓthoparētis z būani generis mutata eī bñdictōez crucis ḡ bñdicta crux. qz Euseb⁹ dic̄. Tota salꝰ hūani generis prouenit ex ligno crucis.

¶ Circa scōm de iusta satisfactōe. s. ī cruce xp̄i q̄rit quō iudex iusta passio z mors xp̄i innocēter occisi. Et rō: qz nulla lege iuenit iustū occidere innocētē z ex q̄cūq̄z causa tradere ip̄m morti. sz xp̄s fuit innocentissim⁹. ḡ nō. Dañ. xiij. Innocētē z iustū nō interficies dicēte dño. Itē dist. xiij. Facte sūt. dic̄ Isid⁹. q̄ oīs lex facta ē vt mali coherceāt z innocētia tuta seruet. Et. xxiij. q. v. Nō vos. Pelagi⁹ papa ait q̄ oīs lex diuina z būana statuit iusticia suadēte mal' penā ē bonis p̄mia. Magne ḡ crudelitat' z quersitat' ē innocentē dānare vt absoluat nocēs. Quō ḡ iustū fuit xp̄m innocentissimū occidi vt nos nocētes liberemur. Ad hec z sil'ia rñdet p̄m Bonauē. sup. iij. di. xx. q. v. Et cō cordit alios doc. p ꝓl'onē q̄ mod⁹ satisfaciendi p passionē xp̄i fuit deo acceptissim⁹ nobilissim⁹ z iustissim⁹ inf' oēs modos q̄ possent esse vl' excogitari pl'ib⁹ rōib⁹ q̄s notaui recolligēdo ex varijs ptib⁹. Pria rō ex pte dei. qz Anſ. Cur deꝰ hō ca. xj. dic̄. Nil aspr⁹ z difficilꝰ pōt hō pati ad honorē dei spōte q̄z mortē: z nullaten⁹ pōt magꝭ seip̄m dare hō deo q̄z cū seip̄m morti tradit ad honorē ip̄i⁹ dei. Sic fecit xp̄s Epb. iij. Tradidit se ip̄m oblatōnez z hostiā deo i odorem suauitat'. Hoc aūt iustissimū fuit q̄ xp̄s innocēs offerret deo volūtarie vitā suā i obsequiū dei p satisfactione mortē subiēs cui⁹ debitor nō erat qz pctm̄ nō habebat. Et p hec soluūt p̄misse obiectōnes p̄m Bonauē. qz magne iniusticie z crudelitat' ē innocentē occidere. Uez b̄ est si q̄s pciper vl' traderet eū nolētē morti aut nolēti infligeret mortē. sic autē deꝰ nō fecit xp̄o. qz nō coegit eū inuitū. sz quia ip̄e xp̄s ex pietate z charitate voluit spōte p honore dei z nr̄a salute tradere se i mortē. Esa. liij. oblat⁹ ē qz ip̄e voluit. Et hāc volūtatem eiꝰ optimā z deuotā deꝰ acceptauit z occidi ab iniq̄s p̄misit. z b̄ piū z iustū fuit. Ad id ḡ q̄d obj̄cit q̄ p̄uersitatis est dānare innocētē vt absoluat nocēs. Dicēdū p̄m Bonauē. q̄ vez ē si innocēs velit se offerre z exponere p salute nocentis: tal' oblatio est acceptabil' deo. sic fecit xp̄s volūtarie patiēdo p salute nr̄a. Scōa rō ex pte xp̄i. qz iustū fuit vt p hūilitat' z obedi-entie meritū xp̄s exaltaret. sicq̄z ꝓria ꝓrijs curaret. qz hō ceciderat p superbiā z inobedientiā. ḡ nō. Phil. ij. Hūiliauit se. fac. obe. vsq̄z ad mortē nō. ¶ Tercia rō ex pte gener' hūani: qz iustum fuit vt hō cū sit liberi arbitrij p sue volūtat' arbitriuz z amorē traberet ad amorē diuinū z salutē. z n̄ vi vel potētia. Un̄ z p̄b⁹. ij. rhetо. dic̄. Generosus ē anim⁹ būan⁹ nō vult trahi nisi amore. Sic fecit xp̄s nob⁹ suū amorē maximū i cruce oñdēdo: vt traberet ad reamādū. Job. xij. Ego si exal. fu. a t̄. nō. Sez p amorē. Un̄ Hugo de arra spōse dic̄. Ut xp̄s oñderet tibi q̄ntū te diligeret nō nisi morte do a morte te liberauit: vt nō tm̄ pietat' ip̄enderet bñficiū verūetiā charitat' mōstraret affectum.

Quarta rō ex pte aduersarij. iustū em̄ fuit vt xp̄s sua prudētia i ligno vinceret diabolū: sic̄ diabol⁹ sua astutia deciperet p lignū hoiez. Bre. Qui salutē būani generis i ligno ꝓstituisti vt vñ mors oriebat inde vita resurgeret. z q̄ in ligno vincebat in liḡ q̄z vinceret. Quita rō addit ex mō satisfaciēdi. Justū em̄ est q̄ p̄m formā z quātitatē delicti fiat emēdatio cū restitutōe ablati. Nō aut̄ fructū vetitū abstulit ab arbore. qp̄ē q̄ morte in currit. z ideo xp̄s iuste restituit arbori fructū vite cū i ea pepēdit. Itē hō i om̄i sensu delectat⁹ ē illicite i ligno z iō xp̄m puniri decebat p nob⁹ oī sensu suo i ligno satisfaciēdo. Primo q̄ ad visū plorando z videndo matrē collachymātē. Secūdo quo ad auditū obprobria z blasphemias ꝓtra se audiēn. Tertiū q̄ ad gustū felle et aceto potato. Quarto q̄ ad odoratū spuroꝝ z fetoꝝ cadaueriū caluarie sustinēdo. Quito q̄ ad tactū man⁹ z totū corp⁹ extēdēn. Un̄ patz q̄ xp̄s iustissimā satisfactionē ipendit. O ḡ hō gras age xp̄o ama sic te amantē. alio q̄n audi Bern̄ dicētē. Ue mihi si ingrat⁹ fuero q̄m rediret sup me ille sanguis iust⁹ scz xp̄i q̄ effusus est p me in terrā

¶ Circa tertiū d̄ sacris fructib⁹ crucis xp̄i accipiam⁹ p ꝓclusiōe ẏba Damas. li. ij. ca. xij. dicēs sic. Oīb⁹ mirabilib⁹ mirabilior ē crux xp̄i. q̄ ē oīm malox auersio. oīm bonox datrix sal⁹ aie z corpis. lignū vite eterne. Hec et plura Damas. Sz vt clari⁹ elucidem⁹ fructⁿ sctē crucis notandū q̄ Apoc. vlt. vidit Iohes lignū vite in medio padisi afferēs fructⁿ. xij. p mēses singl'os. Et qz ip̄a crux xp̄i figurat ẏbe ē lignū vite p̄m Damas. vbi sup. Idcirco. xij. ei⁹ fructⁿ breuit̄ describem⁹ p similitudinē p̄m alpb. Prim⁹ fruct⁹ ē āgelox restauratio. Un̄ apl'us Col'. j. Cōplacuit i ip̄o recōciliari oīa pacificañ p sanguinē crucis ei⁹ q̄ i cel' sūt z q̄ i terris. Et b̄ clarē p̄m Bona. sup. iij. di. xvij. ar. ij. q. iij. qz añ xp̄i passionē null⁹ potuit i celo cuz angel' locari. Scōs fruct⁹ btitudis restitutio. Un̄ Chrys. i ome. de cruce dic̄. Crux nob⁹ totius btitudis causa ē. Hec nos a cecitate libauit erroris. hec de tenebr' reduxit ad lucē. hec alienatos deo ꝓpiauit. hec bonox oīz largitio. Terci⁹ fruct⁹ criminū extirpatio. Un̄ Orige. sup. ep'la Rom. lec. vj. ōt sic. Tanta est vis crucis z mortis xp̄i vt si ante oculos ponat⁹ ita vt ip̄az mortem christi intētus oculus mentis aspiciat: nulla ꝓcupiscētia, nulla libido, nullus furor, nulla sugare pos

sle inuidia. sed ꝓtinuo tot⁹ pcī fugeꝫ exercitus.

Quart⁹ fruct⁹ dei dilectio ꝛ ei⁹ inflāmatio. Nā de⁹ in cruce ostēdit nob mirā suā dilectionē quā nec sciuisset hō credere vel cogitasse. Unde Aug. ōt Nesciui quō me de⁹ diligeret nisi ꝓ me mori eli⁹ geret. et ideo i cruce inflāmat nra dilectio. Unde Bern. sup cāntica. Sup oia inqt te mihi amabi⁹ lē reddit bone iesu calix passiōis quem bibisti ꝓ me in cruce, hoc ē qō magꝭ ꝛ affectū stringit ꝛ de⁹ uotionē mulcet ꝛ iusti⁹ exigit. Hec ille. Quit⁹ ē erectio spei ꝛ securatio. Aug⁹. Si passiōis bñficium abesset nemo ad deū spem bñe posset. ſ. de regno celesti. Chryſ. Tribularer nimiū ꝛ desperarē si nō passiōe xp̄i anarer. Bern. Deficiēte mihi iusticia ꝛ sctitate: deficiētib⁹ meritꝭ succurrat mihi passio tua iesu bone. Sext⁹ ē fugatio demonū ꝛ supatio. Chryſost. Ubicūqz demones viderint signū crucꝭ fugiūt timentes baculū (ſ. vt canes) q̄ plagā acceperunt. ¶ Ad id Amb. in exame. ōt ꝙ gallus alb⁹ suspēsus ad modū crucis naturalr leonē terret ꝛ fugat. Idē dicit ꝛ phs r. aialiū. Per gallū albū figurat xp̄s. Tuz qz sic gall⁹ nūciat diē noctēqz: sic xp̄s nūciauit nob diē id est lucē gr̄e credentib⁹. Job. xij. Dū lucē habetꝭ credite in lu. Nūciauit etiā noctē. i. pctōr iudiciū vt cauerem⁹. Tū etiā qz xp̄s alb⁹ est ꝙ innocētiā q̄ suspēsus in cruce fugauit ꝛ ꝓtriuit diabolū rāpz leonē ferocē. Orige. omel. xij. Per crucez xp̄i ꝫ ꝓncipes mōi triūphat. Septim⁹ fruct⁹: gustatio suauitatꝭ diuie ꝛ dulcoratio. Quid em̄ dulcorauit lapides stephano: ignē laurentio: mortē et tormēta martyrib⁹. nōne crux xp̄i. Un Aug. li. de inspiratōe aie ad deū dic. Uulnera iesu plena sūt misericōdia: plena dulcedine ꝛ charitate: per has rimas licet mihi gustare q̄ suauis est de⁹ meus. q̄m reuera data est nob in vulneribus xp̄i magnitudo dulcedis diuie. Hec ille. Octau⁹ ē beneditio. Un Damas. vbi s. Per nullum aliō q̄z ꝙ crucē xp̄i mors euacuata est. resurrectio donata est. porte padisi apte sūt. naꝫ nra in dextra ōi sedet. filij dei ꝛ heredes ꝙ eaz facti sum⁹. Hec ille.

Non⁹ fructus: ifirmitatū sanatio. ſ. tā spūaliū q̄z coꝛpaliū. Euseb⁹ in sermōe. Tota inqt salus aie ꝛ coꝛpis, puenit virtute crucꝭ xp̄i hoib⁹ vniuersis. ¶ Dicit nāqz Plini⁹ ꝛ hī in spect'o naturali ꝙ carnes crude ꝛ calide galli posite sup morsum serpētꝭ extrahūt venenū. sic passio xp̄i repellit venenū diaboli. Aug. Frēs vt sanemur. ſ. spū⁹ aliē ꝛ coꝛpaliē: crucifixū ītueamur. ſ. oꝛādo. Decimus est charismatū spūsscti donatio. qz de cō se. di. v. Nūqd. ōt papa Stephan⁹ ꝙ oia sacra ꝛ ois bñdictio crucꝭ sigculo dant ꝛ pficiunt. Undecim⁹ est liberatio scz ab oi malo pñti et futuro a morte eēna ꝛ ab inferno vt dic̄ Dam. vbi s. Duodecim⁹ est muneratio. ſ. omnis boni in ēra ꝛ in celo. vt patet ꝙ verba Damas. vbi s. O q̄ charissimi amemus ꝛ laudem⁹ crucem christi ꝛ adoremus vt christ⁹ ꝙ eā det nob hec oia bona Amen.

De exaltatione crucis Sermo. xiij.

Jhi autē absit

m gl'iari nisi in cruce dñi nr̄i iesu christi ꝙ quē mihi mūdus crucifix⁹ est. Gal'vj. ¶ Apl's paul⁹ ꝓsiderās dignitatē ꝛ nobilitatē crucꝭ xp̄i quā sortita est ex ꝓtactu mēbroꝝ sacratissimoꝝ xp̄i et ꝓfusiōe sacri sanguis ei⁹ ac dedicatōe mortꝭ illi⁹ qz noluit nisi in cruce mori Et ex hijs aduerteñ crucꝭ xp̄i virtutez talē ꝛ tātā q̄ vt dicit Chryſ. omel'. de cruce. In cruce xp̄i ē nra sal⁹: in cruce gl'ia ꝛ oē bonū. Et ideꝝ idē ōt. Crux nob tot⁹ brītudis cā ē. Idco amplex⁹ crucꝭ amorositatē apl's in sola cruce xp̄i gl'iari se statuit: cō tēnēs ꝙ ea oēm aliā gl'iaz mōi. ꝛ dixit. Mihi aūt absit gl'iari ni. ī cru. d. n. ie. xp̄i. q̄si di. Mundani hoies sic eis placet gl'ienꝭ in mūdanis ꝛ trāsitorijs. vtpote i potētia: opulētia: scia ꝛ hmōi. Mihi aūt xp̄i seruo ꝛ sic cuilibet xp̄iano absit gloriari nisi in ipsa cruce dñi iesu xp̄i ꝙ quē ꝛc. Juxta q̄ virba tria mysteria notabim⁹ ꝙ sermone

Primū de gl'iatōe i cruce xp̄i. ibi. Mihi absit

Secm de modificatiōe hui⁹ gl'ie (glo. ꝛc. ibi. per quē mūdus cru. ꝛc

Terciū de deuotione scz crucis christi ꝛ amore. quod sequit ad p̄dicta.

¶ Circa p̄mū de gl'iatiōe i cruce xp̄i accipi am⁹ ꝙ ꝛclusiōe b q̄ canit ecc'ia in ītroitu. misse hodierne d. Nos aūt gl'iari oꝛtz ī cru. dñi n. iesu xp̄i ī q̄ ē sal⁹ vi. ꝛ resur. nra: ꝙ quē sal. ꝛ liberati sumus. In q̄b virbis notat q̄druplex rō gr̄e xp̄iano oportet gl'iari nō in alio q̄z i cruce xp̄i vt patz

Prima rō qz in cruce xp̄i est nostra salus.

Scōa qz in cruce xp̄i est nostra vita

Tercia qz in cruce christi est nostra resurrectō

Quarta qz in cruce xp̄i est nostra liberatio.

Prima rō est qz i cruce xp̄i est inqt nra sal⁹. Et q̄ accipit tale argumētū rōnis. In b solo ōbet xp̄ian⁹ gl'iari in q̄ est vere salutꝭ ꝛ britudis eēne et ꝙ ꝓseqns vere gl'ie rō. alioq̄n falsa gl'iatio ꝛ vana ē scz gl'iari i eo in q̄ ñ ē vera gl'ia vl' sal⁹. Sz b ē in sola cruce xp̄i vicz vere salutꝭ zgl'ie rō. ḡi sola cruce xp̄i ē gl'iandū hoi saluādo. Quid igit charissimi q̄d dicem⁹ ō mūdanis hoib⁹ q̄z aliq̄ gl'ianꝭ de diuitijs. de q̄b ps̄. Qui ꝓfidūt i virtute sua et ī ml'titudie diuitiaꝝ suaꝝ gl'ianꝭ. Alij gl'ianꝭ i potētia vt legit ō cesare Arphaxat ꝛ Holoferne Judith. j. Qui gl'iabat inqt q̄si potēs i potētia exercitꝰ sui ꝛc. Alij in seculari scia vt phi. alij in eqs et armis vl' vestimētꝭ. alij i opib⁹ sctitatꝭ simlate. et sic ō alijs. ¶ De oib⁹ talib⁹ ꝛ singul'b ꝙ sententia renēdū est ꝙ vana ꝛ falsa gl'ia laborāt. et sic decipiunt. q̄ patet p̄mo ꝙ auctoritates. Nā scribit Eccs. j. Uanitatū vanitas ꝛ oia vanitas. subdit. Quid hz hō amplꝰ de vniuerso labore suo q̄ laborat sub sole. Lyra. q̄si di. Quilibet p̄t experi ꝙ nō assequit ex laboribus suis in p̄senti vita nisi caducū vanū et amissibile bonum ꝙ mortem

quã nullus pōt euadere. Uñ diuitie sunt boiꝫ vane.qz dicēte ps. Relinq̃nt alienis diui. su.et sepulchra e.dom⁹ zč. Uana potentia. qz Eccl. x. Ois potēt⁹ vita breuis. Et Sap. vj. Potētes potēter tormēta sustinebūt. Uana sciētia q̃ iflat. sed charitas edificat. j. Thoꝫ. viij. et sic de alijs. Hinc etiã Hiere. ix. hec dicit dñs. Nō gl'iet sapiens i sapiētia sua. z nō gl'iet fortis i fortitudie sua. et nō gl'iet diues in diuitijs suis. sed in hoc gl'iet q̃ gl'iat scire z nosse me. Jtē scōo hoc idē patz p rōnes et breuit qz oia ista mūdana cōia sunt bonis et malis. z vt cōiter mali plus abūdant in tpalibꝫ q̃z boni. Uñ glo. sup Jac. j. dic. Nō est xp̃iane dignitatis in tpalibꝫ exaltari sed potiꝰ deꝑmi. Mali nil hñt in celo sed totū in mūdo. Boni vo nil in mūdo sed totū in celo. Hec glo. Sicut q̃ miꝫ esset q̃ alijs gl'iaret de oim suoꝫ bonoꝫ pditōe et spoliatiōe. z q̃ p̃ ceteris alti⁹ pēdet i patibulo latronū. et q̃ ipse sericeis chordis est suspēsus: alij rudibꝫ. sic miꝫ est q̃ hō gl'iat de bonis istis malorū z reproboꝫ latronū suspēdendoꝫ in iferno z dānadoꝫ. Uñ Greg. moral'. vj. ōr. Qui p̃sentis seculi ꝓsperitatibꝫ delectat q̃si p amena prata ad suspēdiū ducit. Jtē ad idē secūda rō. qz hec mundana bona fraudulenter mētiēdo decipiūt animas in eis delectantiū. qz sub specie boni illaq̃nt ad eternū tormētū. Uñ. j. Thim. vj. Qui volūt diuites fieri icidūt in tptationē z in laqueū diaboli et desideria nociua z inutilia q̃ mergūt hoiem in interitū z pditionē. Hec ibi. Sed q̃ro te charissime dic mihi q̃ est auis q̃ diligat laqum quē sciat sibi patū ad capiendū. certe nulla auis amat laqueū. nullꝰ piscis hamū cognitū. nullū animal brutū foueā quā p̃scire posset in suū interitum. Quid est ḡ q̃ miser hō diligit hos laqos sibi preparatos. hūc hamū. hāc foueā iferni. s. tpalia bona. vtiq̃ b̄ facit hoim stulticia q̃ nō cogitat de finali piculo. Et sic fit sicut Eccl. iij. ōr. Qui amat piculū pibit in illo. O ḡ hō caue tibi. Et p̃missis patet q̃ in mūdanis gl'iari sicut in laqueū inciditur. z de b̄ gl'iari nō licet. sed in sola cruce dñi ie su in q̃ est salus nr̃a. Hinc Bern. z li. ō in una cōuersa. ōr. Erras erras. s. o hō si aliud q̃z crucez q̃rас. Nō est salus aie nec spes vite eterne nisi i cruce xp̃i z vere pnie. Hec ille. D Tercio b̄ idem patet p documētū eccl'ie qō est ad ꝓpositū p b̄ festo. Questio nāq̃z ꝓponit de ꝑse. dist. iij. c. Cruc. in glo. sic. Quare festū crucis celebrat⁹ in q̃ dñs fuit dehonestat⁹. et tñ asinā in q̃ dñs fuit honorat⁹ eccl'ia ñ venerat. Rñdet. Dicim⁹ ait q̃ laus exhibita dño in asina fuit mūdana de q̃ nō ē curandū. sed in cruce facta fuit nr̃a redēptio. Hec ibi glo. Er hūjs claret q̃ xp̃ian⁹ non debet gl'iari nisi i cruce dñi iesu et alia cōtenere. qz in sola cruce xp̃i ꝓsistit salus. Uñ Eusebi⁹ in sermōe. Tota salus mētis z corpis puenit nob ex crucis xp̃i vtute. Scōa rō p̃ncipalis. qz i cruce xp̃i est nr̃a vita vt testat eccl'ia. ex q̃ accipit tal' rō. Uere brūtus dignis gl'ia nō potest haberi nisi assit vera vita et ꝑpetua. alioq̃n alijs ñ reputat vere brūs z gloriosus. Uñ Aug⁹. xij. de trini. ca. viij. Impossibile est aliquē esse brūm nisi sit securus de sue brūtudinis ꝑpetuatiōe. qz cū timeret illā amittere mi⁹ seriā pateret in hoc ꝑo. Uñ z pbs. j. Eth. dicit. q̃ sicut vna byrūdo nō facit ver. nec paucē tps calidū facit estatē: sic nec vna dies vel tps paucus facit boiem felicē. Hec ille. Sed q̃m vera vita z ꝑpetua non habet nisi p crucē xp̃i. ḡ in sola cruce xp̃i est gl'iandū. ℰ Si q̃rat quō in cruce xp̃i est vera vita. Rñdet. qz Aug⁹. sup ps. lxij. et notat de pe. di. j. §. Jtē si anteq̃z. dicit. q̃ de⁹ est vita aie. anīa vo vita corpis. Sicut corpus viuere nō pōt absente aia: ita nō nisi deo p̃sente p gr̃az habitantē aia viuere valet. Hec Aug⁹. Sed qz gratiā inhabitatiōis diuine ḡtuitā hr̃e hō nō pōt nisi per fidē z charitatez crucifixi. Epb. iij. Habitare chr̃istū p fidē in cordibꝰ vr̃is in charitate radicati zč. ḡ vitā verā q̃ est de⁹ z xp̃s ei⁹ filiꝰ nō pōt hō habere: nec in p̃senti p gr̃az: nec in futo p gl'iaz ꝑpetuā nisi i cruce xp̃i. Et b̄ claret q̃ ois hō infidelis z etiā ois xp̃ian⁹ in pctō mortali existēs: vere ōr mortuus z infelix. qz sine vera vita est. z si videat viuere in corpe: hec semiuita est. imo tal' magis pōt dici vere mortuus q̃z viuus. qz fm ptē p̃ncipalē. s. in anīa mortuus est: a q̃ hō habet esse rōnale, viuit tm̃ fm q̃d. i. fm ptē mino⁹ p̃ncipalē. Unde z xp̃s tales mortuos nominauit Matth. viij. Dimitte mortuos sepelire mortuos. Ue talibꝰ mortuis z ve. qz sic mortui in era: sic illi sepelium̃t in inferno. Tercia rō. qz i cruce est nr̃a resurrectio. et ideo p eam habebim⁹ gl'iam verā et sempitnā corpis et anie. ḡ in ea est gl'iandū. Uñ Damascenus li. iij. ca. iij. Per nullū aliud q̃z p crucē mors euacuata est: p̃mi pentꝰ pctm̃ solutū est: infernꝰ spoliatus⁹ z resurrectio donata est. Jdē. Crux est arbor resurrectiōis: lignū vite. Hinc est q̃ sicut ōr Chr̃ys. In die resurrectiōis z iudicij tāta erit crucis gl'ia q̃ solis lumē reddet obscurū: quā angelorum cetus velut vexillū regale humeris cōzabit sancto p̃eundo portabit. Sz quare hoc nisi ad manifestandū q̃ nō nisi p crucē adeptꝰ est mundus gl'iam resurrectiōis. Uñ Greg. i dial'. Nunq̃z ḡs celesti brūtudine dignꝰ foret nisi virtꝰ felicissime passiōis xp̃i suppleret. Et sic patet. Quarta rō qz in cruce xp̃i est nr̃a liberatio. s. a ptāte diaboli et morte eterna. qz p eā redēpti sum⁹ a xp̃o. O q̃nte ē b̄ gl'ie xp̃iano. Bern. Quid gl'iosi⁹ q̃z q̃ nos xp̃s tāti exti⁹mauit pciꝰ. o q̃nte est miserie regem gl'ie p vili vermiculo crucifigi. Hec Bern. Item Anſ. Quid misericordi⁹ dici pōt peccatori eternis supplicijs deputato q̃z q̃ pr̃ dixit. Accipe filiū meū z da p te. et filiꝰ dixit. Presto sum: accipe me z redime te. Hec ille. O ineſa charitas ōr nostri. Bern. O quāta charitas: deꝰ bibit mortē ne mors biberet hoiem: sed a morte liberaret hō. Inno. Sustinuit deꝰ crucis passionez vt eme-

ret tuā dilectōnem. O ergo hō pctōr. o xp̄iane re/ spice q̄ntū teneris amare xp̄m deū tuū: hoc q̄ti/ die recordare. hec sit glia tua. i. crux christi in q̄ ē salus vita z resurrectio z liberatio tua.

¶ Circa scōm p̄ncipale de modo qr prędi/ ctū est q̄ oportet xp̄ianū gl'iari in sola cruce xp̄i Questio ḡ restat declarāda quō debeat xp̄ian⁹ in cruce xp̄i gl'iari. Ad qō rn̄det ēm doc. q̄ xp̄s dn̄s q̄ttuor p̄cipua fec̄ i cruce p glia nr̄a. i. nob in celo p̄merēda. in q̄bꝫ debem⁹ xp̄m imitari vt merea/ mur gl'ificari. q̄ xp̄ian⁹ facien. vere gl'iat in cruce xp̄i. nō lingua tm̄ vt multi faciūt: sz ope z vitate.

Primo xp̄s in cruce penā passus est.
Secūdo cruci confixus est.
Tertio in cruce mortuus est.
Quarto in cruce vulnerat⁹ est.

Primo xp̄s i cruce passus est penā acerbissimā p̄ pctis nr̄is. In hoc ḡ imitari debet xp̄m xp̄ian⁹ vere penitētie crucē suscipiēdo. Matth. xvj. Qui vult venire post me. s. ad celestez gl'iam. abneget se: id est sua vitia. tollat crucē suā z sic sequat̄ me. Grego. in omel'. Crucē suā tollit q̄ penitētie on⁹ suscipit. O ḡ xp̄iane considera. qr xp̄s i cruce pa/ tien. fleuit p̄ pctis tuis vt dic̄ Apl's Heb. v. Cū clamore valido z lachrymis offerē. s. se: vt tu de beas flere p̄ tuis pctis in vera cōtritiōe. Jtē chri stus i cruce nud⁹ pepēdit cor̄ā oīb⁹ z sic verecun diā magnā sustinuit vt z tu pctā tua nō verearis p̄fiteri cor̄az sacerdote. Deniq; xp̄s acerbissimis doloribꝫ satisfecit p̄ pctis tuis vt z tu discas satis facere z aliena restituere. qr dicit Aug. xiij. q. vj. Si res. Pctū nō dimittit donec ablatū restitu atur. Scōo xp̄s in cruce p̄fixus est. sic debet et xp̄ian⁹ spūaliter qō docet glo. Bal'. dicēs. In cru ce sp̄ pēdere debz xp̄ian⁹ i hac vita vt sit fix⁹ cla/ uis. i. p̄ceptis iusticie: vt xp̄s i cruce clauis confi xus fuit. Hec glo. Un̄ apl's ait Bal'. ij. Xp̄o p̄fi/ xus sum cruci zc̄. Sic ḡ xp̄s trib⁹ clauis fuit p̄fi xus cruci: sic xp̄ian⁹ trib⁹ clauis iusticie debz esse p̄fixus xp̄o. de qbꝫ ps. Quis est hō q̄ vult vitā. s. eternā diligit di. vi. bo. Seq̄t. Declina a malo: ec/ ce p̄mus clauus. fac bonū: ecce scōs. inq̄re pacez ecce patientiā p̄ tercio. Tercio xp̄s i cruce mor tuus est. Sic xp̄ian⁹ debz mori carnalib⁹ deside rijs z mūdialibꝫ q̄cupiscētijs. Un̄. j. Pe. iij. Xp̄s semel p̄ pctis nr̄is mortu⁹ ē iust⁹ p̄ iust⁹ vt nos offerret deo mortificatos q̄dē carne viuificatos aūt spū. q. d. in b̄ dedit nob exēplū imitādi. Nic etiā apl's in themate dic̄. Per quē mihi mūdus crucifix⁹ ē z ego mūdo. B Quero nāq; quō ōr mūd⁹ crucifix⁹ xp̄iano boi z ip̄e mūdo. Rn̄r q̄ crucifigi erat tormētū erat z maledictū: erat z mori. Sic bono xp̄iano z viro sctō mūdana de lectabilia vt honores: diuitie: delitie: dignitates z hmōi q̄ꝫ ad vsū nec̄itat̄ possideāt: tñ repu/ tāda sūt vt tormētū maledictū z mors: qr q̄ntū i eis pl⁹ delectat̄ q̄s: tāto pl⁹ de tormēto hēbit i fu turo. Apoca. xviij. Quātū glificauit se z i delicijs fuit tātū date illi tormētū z luc. Jtē reputāda sc̄ vt maledicta. iuxta illō saluatoris dictū Lu. vj. Ue vob diuitib⁹ q̄ hic habet̄ q̄solatōez vr̄az. Ue vob q̄ saturati estis qr esurietis. Deniq; ista mū/ dana ingꝫtū sūt ad p̄tm̄ mortale illiciētia sic vt mors amara sūt fugiēda. Bef. in ser. Duo q̄dem fuge voluptatē z delectamēta: qr mors posita ē sec⁹ introitū dclectatōis. Nec ille. Qui ḡ sic ob̄ruat z tenet circa mūdū mūd⁹ ei crucifix⁹ ē. i. mūdi q̄cupia i eo mortua ē nulla ¶tutē i illo ha bēs. Preterea ip̄e hō crucifixus est mūdo. z etiaz carni mortu⁹ ingꝫtū nil mūdanū aut carnale cō cupiscit vicios̄. Un̄ ad b̄ tenet̄ xp̄ian⁹. iuxta illō Bal'. v. Qui xp̄i sūt carnē suā crucifix. cū vicijs z q̄cupis. Lyra. ita q̄ q̄cupia z vicia mortua sūt i eis. Nā xp̄ian⁹ debz p̄eligere mori q̄z pctō mor/ tali q̄sentire. Quarto xp̄s i cruce vulnerat⁹ est Sic xp̄ian⁹ debz vulnerari p̄ amorē vt deū dili gat sup̄ oia z primū sic̄ scip̄m. iuxta p̄ceptū dn̄i/ cū Mat. xxij. De b̄ vulnere loḡns Bre. dic̄. Ma la est sal⁹ cordis q̄ nescit dolorē hui⁹ vulneris. i. amoris. Ecce ḡ ptz quō xp̄ian⁹ gl'iet̄ in cruce xp̄i ¶facic̄. s. penitēdo. p̄cepta ꝯuādo: pctā cauēdo: et deū ac primū diligēdo. O xp̄iane vide si hec ob/ seruas. alioq̄n nō es in cruce christi

¶ Circa terciū de deuotōe cruc⁹ xp̄i quā debz hē xp̄ianus accipiam⁹ p̄ q̄dam exēplo ¶ba Bef. dicēs. Hec mihi (et sic cuilibz xp̄iano) Summa p̄fia meditatio passiōis xp̄i assi/ dua. Suauissimū crinile sit mihi iesu bone spi/ nea tui capitis corona: dulc⁹ lectul⁹ crucis lignum in b̄ viuo: in b̄ moriar. Ex qbꝫ ptz q̄ bon⁹ z ꝺuo tus xp̄ian⁹ sic apis sugit mel de floze. sic oēz dul cedinē aie sugere debz ex vulneribꝫ xp̄i i cruce. et assidue vsq; ad mortē q̄ntuz pōt freq̄ntare. Sic faciebat Aug⁹. li. supplicationū pte. xij. dicēs sic O iesu crucifixe passio tua est mihi fauo dulcior lacte sapidior. balsamo p̄stātior: gēmis z auro p̄ cios̄ior. cūctis terraz diuitijs z honorib⁹ clarior. Scribe i tabul' cordis mei sanguīe tuo dulcissi/ ma vulnera tua vt imēse dulcedis dn̄m habeā i corde z ore p̄ficiāq; documēta passiōis tue ope Nec ille. O itaq; christiane stude z tu sic domi/ nicā passiōez recordari. qr vt Aug. dic̄ sup̄ p̄ma canonica Jobis. Nō fidel' q̄ ita recordat dn̄icā passionē nō solū patiēter mori k̄ sz ꝺlectabiliter vi uit z morik. hec sufficiāt. Sz p̄ ꝺuotōe simpliciū applicem⁹ exēplū vnū qō referk i legēda cōi hui⁹ festi ¶ Apō syriā i ciuitate berith q̄dā xp̄ian⁹ sub ānua pēsiōe hospitiū habēs imaginē dn̄i cru cifixi i piete affixerat ꝫ lectuli facie z ibi ozabat z suas deuotōes faciebat. p⁹ annū alia domū lo cauit z imaginē ibidē ex obliuiōe relict. Quidaz aūt iude⁹ domū p̄dictā ꝺduxit z quadā die q̄n/ dam de cōtribulib⁹ suis ad ꝓuiuiū inuitauit. in ter epulas iste iuitat⁹ casu circūspicies vidit ima ginē parieti infixā: z inuitāti fremēs ꝓminatus est. ille se b̄ nō sciuisse sacramēt̄ affirmat. Tādē

placatū se simulās inuitatus valefecit et ad p̄n/cipē gent̄ sue accedēs iudeū de b̄ q̄ crucifixi ima/ginē tenuerit accusauit. Judei ḡ ꝓgregati ad do/mū ei⁹ ꝙueniūt z visa imagie illū cōtumelijs et dir̄ verberib⁹ afficiēs semiuiuū extra synagogā p̄ȷciūt. imaginē v̄o pedib⁹ ꝙculcañ cuncta in ea dñice passiōis obꝓbria renouarūt. Cū v̄o lā/cea lat⁹ pforassent, ꝓtin⁹ sanguis vbertim exiuit Stupefacti iudei vas illi supposuerunt qđ iple/tū est. z deferētes ad varia loca z synagogas su/as: ecce oēs infirmi ex illo inuncti, ꝓtin⁹ curabāt Tūc iudei ep̄o terre illi⁹ oia narrauerūt et fidez ac baptismū xp̄i vnanimit̄ susceperūt. Factū est aūt b̄ anno dñi septīgētesimo q̄nq̄gesimo. Tūc oēs iudei synagogas in eccl'ias ꝙsecrarūt. z extūc b̄ mos inoleuit vt eccl'ie ꝙsecrarent̄. qz antea tm̄ altaria ꝙsecrabant̄. Propt̄ istud miraculū ordi/nauit eccl'ia. v. idus nouēb̄is festū solēne rome agi q̄ die ꝙsecrata est basilica in honore saluato/ris vbi ampula cū illo sanguie reseruat̄. Nec le/genda. O ḡ bō xp̄iane recordare passionis xp̄i z adora sc̄am ei⁹ crucē vt det tibi gr̄am: veniaz et gl'iam Amē.

De stigmatib⁹ b̄ti Francisci vide inter sermo/nes de sancto Francisco.

Item de sc̄o Matheo euangelista Sermo p̄mus cum legenda.

Cm trāsiret ie

C sus vidit homiez sedentē in theloneo Matheū nomie z ait illi. Seq̄re me Matb. ix. ca. z in euāgelio hodierne festiuitatis.

A In qb⁹ v̄bis marie pietat̄ et miseōie chri/sti exēplū pcōrib⁹ ꝓponit̄. qz dñs ieſus Mathe/um lucr̄ tpalib⁹ inbiantē z publicanū necdū a q̄stu malo p tūc desistētē: voluit tñ ex īmēsa pie/tate ip̄m ꝙuertere ad pniam z vocare ad sui seq̄/lā ac in ap'lat⁹ dignitatē ꝓmouere. Un̄ Beda in ome'l. hodierna. Uidit ieſus Matheū nō tā cor/poreo ītuitu q̄z int̄ne miserātis aspectu q̄ z pe/trū negantē vt reatū suū aspicere z deflere posset respicere dignat⁹ē. Hec ille. Ex q̄ patet q⁹ de⁹ pe/nitētes ad miseōiam libēter suscipit q̄ntūcunq̄z in magnis antea fuerint pctis. Tu ḡo bō cum sent̄ tibi infūdi cōpūctionē: sciro qz dñs te respi/cit et libēti aio seq̄re bāc gr̄az vt agas pniaz. Un̄ vt spem habeāt pcōres: ecce hodie nob ꝓponit exemplū in Matheī ꝙuersiōe. de q̄ dicit thema. Cū trāsiret ieſus vidit hoiez sedentē in thelo. zc. Jurta q̄ v̄ba tria mysteria notabim⁹ p̄m qđ cō/mēdat̄ de b̄js.

Primū mysteriū de diuinali respectione. ibi. Uidit Jesus.

Scōm de pniali ꝓfectiōe. ibi. hoiem sedentez sed cōuersum p xp̄m et penitentē.

Terciū de xp̄i imitatiōe. ibi. Seq̄re me.

B Circa p̄mū de diuiali respectione ex̄q̄ dr q⁹ dñs ieſus vidit aspiciēdo Matheū Chryſ. q̄sti/onē ꝓponit Cur dñs Jesus b̄ mō voluit Mat/theū vocare visitādo z respiciēdo. Nā trāsiuit ad ip̄m z aspexit ac sic vocauit vt notat euāgelium Hoc aūt ñ legit̄ xp̄s fecisse alijs ap'lis aliq⁹: pu/ta Bartholomeo. Thome. Symoni. Thadeo zc. Et ad id rñdet Chryſ. q⁹ ex̄q̄ nil deteri⁹ officio theloneari⁹ est int̄ q̄st⁹ q̄ licīti reputant̄ apud ho/mines. sec⁹ de illicit̄ vt vsura furto rapina alea et hmōi q̄ sunt illicita z ideo deterīora. sed inter q̄/stus licitos theloneū est vil⁹ et deteri⁹. ꝓpter qđ publicani dicebant̄ q̄ public̄ theloneis vel vecti/galib⁹ insistebāt: q̄ vir sine pcō exerceri p̄n̄t. Itaq⁹ p boc q⁹ dñs ieſus talē in tali officio residentē vi/sitauit respexit z vocauit: oñdere voluit suā pie/tatē īmēsaz. adeo q⁹ null⁹ est tā malus aut miser in mūdo quē de⁹ ñ vocet ad pniam. sed vult oēs saluos fieri. j. Thimo. ij. Qui vult oēs hoies sal/uos fieri z ad agnitionem veritat̄ venire. Dinc Bern̄. sup Cant̄. dicit. Dino ꝓpt̄ māsuetudinē q̄ in te p̄dicat̄ currim⁹ post te ieſu bone audiētes q⁹ nō spnas paupem: pcōrez ñ horreas. nō hor/ruisti ꝓfitētē latronē. nō lachrymantē peccatricē nō supplicātē chananeā. nō depbēsā in adultio. nō sedētē in theloneo. nō negātē discipulū. nō p/secutorē discipulo⁹ tuo⁹. i. paulū. denīq⁹ nō ip/sos crucifixores tuos Nec ille. Nā xp̄s orauit p crucifigētib⁹. Alia rō ad idē est vt mōstret̄ qz xp̄s de⁹ varijs modis z respectib⁹ aspicit hoies i mū/do. C Pro q̄ notandū q⁹ de⁹ oēs homies et alia creata cūcta videt generalit̄ et aspicit sp. Ju/xta illō Ps̄. De celo respexit dñs sup oēs filios hoim. z Prouer. xv. In oi loco ocl'i dñi ꝓtēplant̄ bonos z malos. ac Heb. iiij. Oia nuda z aperta sūt ocul'i ei⁹. Propt̄ea vbiq⁹ dic et nocte debem⁹ esse circūspecti z discipliati i actib⁹ nr̄is. Un̄ Bo/eti⁹ ō ꝓsol'. pbi. Magna est nob idita necessitas ꝓbitat̄ cū oia agam⁹ añ ocl'os iudic̄ cuncta cer/nētis. Nec ille. Uerūtñ fm qđ colligit̄ ex scriptu/ris de⁹ respicit hoies q̄ntupliciter.

Primo aliq⁹ amabiliter.
Scō q̄sdam inimicabiliter.
Tercio quosdā execrabiliter.
Quarto q̄sdam felicitanter
Quinto q̄sdam misericorditer.

Prio de⁹ respicit q̄sdā amabil'r. s. amore p̄uenie/do z in amore cōseruando. Ps̄. Ocl'i dñi sup iu/stos z aur̄ ei⁹ ad p̄ces eo⁹. Dinc exēplū Ben̄. iij. Respexit dñs ad Abel z ad mūera ei⁹. zc. Aug⁹. Nil bonū ex te corā deo sine te bono. Scō q̄sdā de⁹ respicit inimicabilit̄ vt pcōres i pctis ia/cētes. Ps̄. Uult⁹ aūt dñi sup facientes mala vt p/dat de t̄ra memoriā eo⁹. Jrē Abacuc. j. Mūdi sūt oculi tui dñe ne videas malū. s. amabil'r vel app̄obādo: et respicere ad iniq̄tatē ñ poter̄. Exē/plū Ben̄. vj. Uidēs de⁹ q⁹ mal'ta malicia hoim eēt in t̄ra: penituit eū hoiez fecisse. Aug⁹. Scio oēm crimiosū inimicū esse deo. Tercio q̄sdā de⁹ vi/

det execrabiliter.i.excõicãdo:maledicẽdo:z extra sacꝝ eiciẽdo.ſ.a sacra visiõe faciei diuie. vt animas i pctis decedẽtiũ z oẽs õmões ac dãnatos Pſ. Intẽde ad visitãdas oẽs gẽtes: nõ miserearis oibꝫ q̃ opank iniqtatẽ. Itẽ Eſa.vlti. Uermis eoꝝ ñ morietꝫ z ig.e.ñ extinguetꝫ.zerũt vsqꝫ ad satietatẽ visiõis oi carni. Lyra.i.oi boi btõ. Z fortiori deo erũt ad satietatẽ.i.repletiõez z pfectã iocũdationẽ visiõis i illoꝝ.ſ. punitiõe inimicoꝝ dei.

D Jurta q̃ ẏba q̃stio b occurrit ptractãda Utꝝ de⁹ z btĩ in celo habeãt aliquã delectatiõez vel cõplacẽtiã ac letitiã in penis visis dãnatoꝝ. Rõ q̃stiõis.qz pſ.õt. Letabit⁹ iust⁹ cũ viderit vindictã.ſ.punitõis eẽne.man⁹ suas lauabit in sanguine pctõꝝ. Et q̃b bt̃ q̃ delectabunt iusti i penis malꝝ. Sz in ꝟritũ est.qz i deo z btis ẽ excellẽtissima z pfectissima charitas q̃ bz diligere etiã inimicos.videt g̃ q̃ ñ placet eis pena dãnatoꝝ. Ad hec g̃ rñdet ꝑm Lyrã sup Eſa.vbi ſ. ac cõit doc.sup.iij.di.vl.pcipue Rich.q̃ btĩ nõ delectãtur depse i penis dãnatoꝝ.z a fortiori nec ipe de us cui⁹ miscõie non est nũer⁹. Sz btĩ videtes penas dãnatoꝝ bẽbũt gaudiũ z cõplacẽtiã triplici mõ depaccidẽtali. Uno mõ inq̃tũ videt ex b diuine iusticie exercitiũ. Alio mõ inq̃tũ videt ex b in seipsis diuie miscõie bñficiũ q̃ penas illas tales et tãtas euaserunt. Tercio inq̃tũ gl̃ia btõꝝ ex b bz augmẽtũ: eoq̃ opposita iuxta se posita magꝭ eluceſcũt.j. Elẽcoꝝ. Et sic itelligit illõ pſ. ꝑm Lyrã. Letabit⁹ iust⁹ cũ viderit vindictã.ecce primũ. Man⁹.ſ.lauabit i sanguie pctõꝝ.i.ꝑ opa mũda sua gaudebit euasisse illas penas ex dei misericordia. Nã mã⁹ opa significãt.ecce scõm. Et dicet hõ.i.q̃libet rõnabilit loq̃ns Si vtiq̃ ẽ fruct⁹ iusto.si p qz.fruct⁹ ẽ iusto i augmẽtũ gl̃ie. Et ist̃ o hõ aniaduerte qm̃ si pniaz nõ egerꝭ: maxia ti bi erit ꝓfusio in iferno.vbi btĩ oẽs videbũt tuas penas in eẽnũ.z tu lamẽtabis q̃ btitudinẽ amisisti.nec videre deũ aut sctõꝝ gl̃iaz meruisti quã vni⁹ hore pnie vere mereri potuisses.Aug⁹.i q̃dã ser.Nulla maior isania q̃ p ỏlectatõe momẽtanea ꝓdere indicibilia gaudia z se obligare ad eẽna tormẽta. Quarto videt de⁹ q̃sdã felicitantẽ vicz aias boim in celũ deducẽdas z btõs.Sap.iij.Bẽa z miscõia dei i sctõs z respect⁹ i electos illi⁹. Jõ xp̃s Job.xvj.õt. Itꝝ videbo v.z gau.cor ve.z gau.ve.n.tol.O btã visio hec. Quinto videt q̃sdaz misericorditer.ſ.pctõres q̃s cõuertit a pctis.Uñ de niniuitꝭ Jone.iij.Uidit de⁹ opa eorũ qz ꝓuersi ſt̃ a via sua mala z miser⁹ẽ sup malicĩã eoꝝ. Hãc visionẽ depcari debem⁹ cũ pſ.d. Respice i me z miserere mei qz vnic⁹ z paup sũz ego. vnic⁹ inquã.i.vnicã aiaz hñs q̃ ꝓdita oĩa sil̃ ꝓeũt.sequit. Uide hũilitatẽ meaz z laborẽ.ſ.pnie z dimitte vniuer.deli. E Querit hic.q̃libꝫ signis z effectibꝫ pcipe vl̃ sentire pocit hõ q.ſ. de ipm aspexerit ocl̃o sue miscõie. Rñdet q̃ ꝑm scripturas aspect⁹ miscõie diuie pcipue facit effect⁹ q̃ttuoz p q̃s tanq̃ p sig̃ cognoscit. Primus effectus tiozis(.ſ.de pctõ) imissio. Pſ. Qui aspicit trã.i.trenũ pctõrẽ z facit eũ tremere. sic re⁹ timet ad aspectũ iudicꝭ. Et b facit diuie miscõie ituit⁹: vt scribit Prouer.xv. Per timorẽ declinat ois hõ a malo. Sctõs ẽ volũtatꝭ bone ispiratio. Lu.xv. Uidit eũ(.i.filiũ ꝓdiguz) pr̃ cũ adhuc lõge esset. Aug⁹. Bonũ ꝓpositũ redeũdi ad patrẽ ñ habuisset si aspectu miscõie caruisset. Chryſ. sup Mat. Bone volũtates sic suaues sũt apõ deũ sic odoriferi flores.z p ꝓseqns libẽter aspiciunt. Tercius est cordis cõpunctio. Lu.xxij. Respexit dñs petꝝ z egressus fleuit amare. Nã ocl̃i dñi vt flãma ignis dissoluit cerã sic dissoluit cor pctõris. Pſ. Sicut fluit cera a facie ignis:sic p. pctõres a fa.dei. Quart⁹ ẽ ozõ hũil̃ tribulatoꝝ vl̃ exaudi tio. Eccl̃i.xxxv. Ozõ hũiliantꝭ se nubes pe.z nõ discedit donec aspi.al. Pſal. Respexit i ozõnẽ hũiliũ z ñ spreuit pcẽ eoꝝ. Hꝭ signis effectualiter homo cognoscit miscõiaz dei adesse. Jn beato Matthẽo claruerũt duo boꝝ.ſ. ispiratio volũtatꝭ bone z ꝓtritio vere pnie in ꝓuersiõe.et potu/

F Circa scõm de pnie (erũt alia ibi forte. pfectiõe sit p ꝓclusiõe snia Remigꝭ z Bede dicẽtiũ.ſ.q̃ publicani Matthei ꝓuersio cũctꝭ pfecte pnie exẽplũ tribuit:q̃ ad iussũ xp̃i cũcta pcl̃a salutꝭ abdicauit.z ꝓpria relict q̃ añ aliena rapuit: Questio g̃ occurrit q̃ vl̃ q̃lia sunt picula salutis vere pnie ipeditiua in q̃b.ſ. Matthe⁹ tenebat. sed p xp̃m est liberat⁹. Ad qõ rñdet q̃ sicut ex ipo euãgelij passu põt colligi: Matthe⁹ fuit q̃nqz pi culis irretit⁹. Et hec sũt picl̃a q̃nqz q̃b mlti ipli cant et ipediunt a vera pnia ne possint saluari.

Primũ est amoꝝ terrenoꝝ z estuãs auaricia. qz teste saluatore Math.xix. Facilius ẽ cameluz p foramẽ ac trãsire q̃z diuitẽ intrare i reg.ce.talꝭ fuit Matthe⁹.vñ ozꝭ i euãgelio. Uidit ihesus boiez. nõ ozꝭ virũ sz boiem:ab humo.i.trã. qa vt Bre. ait Matthe⁹ diligẽdo trena fact⁹ erat tot⁹ trenus sic est ois auar⁹. Quero nãqz te o hõ an trã ista ifima eleuet aliq̃ intãtũ vt attingere possit solẽ vl̃ celũ.dices q̃ nõ.q̃re.qz est g̃uissima int̃ elemẽta. Sic auaricia q̃ est amoꝝ trenozũ adeo g̃uat aiaz vt sit trena nec possit leuari ad celestia. Sed quõ aia auari g̃uari possit vt sit trena cũ sit spirit⁹. Rñdet q̃ b fit Prio ꝓ amorẽ.qz Aug.sup Job.õt. Tal̃ ẽ vnusq̃sq̃ q̃lia amat z q̃lis ẽ dilectio sua. Si trã amas trã es. Nec ille. Nã amoꝝ bz trãsformare amantẽ in amatũ.vt õt Hugo. Sctõ b fit ꝓ infrigidatiõez.qz sic trã est frigida:ita z auaricia cordis frigefactiua a diuini amoris caloꝝ.Aug⁹.li.lxxxiij.q. Uenenũ charitatis ẽ cupiditas. Tercio ꝓ veneni inclusionem Sic em trã licz ab extra sit pulcre ornata floribus herbis z plãtꝭ.tñ intra se claudit anialia venenosa. z in medio cẽtro bz ifernũ vt õt Hiero. sup Jonã. Sic auar⁹ licz ornet exti⁹ vestibꝫ z diuitiaꝝ gl̃ia.tñ intra bz clausa venena mortaliũ

pctõr.j.Thim.vj.Radix oim maloꝝ est cupi/ditas.Habet etiã inferni cruciatũ:taz in pñti p curas:timores z varias anxietates.z hẽbit i fu/turo vt patz de epulone. Scõm est boni opis desidia. Uñ Matthe⁹ i euãgelio õr sedisse: in q̃ ociũ significat.qõ est piculosũ. Bern.in epl'a ad frẽs de mõte.Oim tẽptationũ et maloꝝ sentina est ociũ. Tria q̃ppe sũt loca.celũ:infern⁹:z terra. Celũ est ad q̃te regndũ.infern⁹ ad iacẽdũ in tor mẽt̃s.Esa.xiiij. Subẽ te sternet tinea zc.Sz tra ista est ad laborãdũ.s.i bonis opib⁹ pnie. Job.v Sic̃ auis ad volãdũ:sic hõ nascit ad laborãdũ. Uñ Ber.sup Cañ.ser.xxij.õr sic. Qui in laboze hoim nõ sr:in laboze õmonũ ꝓfecto erũt. Ter ciũ est conq̃situo iplicãs ad crimia. Uñ mgr i.iiij dist.xvj.õr.q̃ q̃cũq; dedit⁹ ẽ alicui officio qõ sine pctõ exerceri nõ põt:verã pniam agere ñ põt nisi id officiũ deserat.Matthe⁹ aũt sedisse õr ad the loncũ qõ ẽ viciosũ vt õt Bze. ℬ Querit vtꝝ thelonea exigere sit dãnabile pctm̃.Rñdet fm Rayñ.z fratrẽ Ange.de claua.alioq;. Circa ℬ sunt q̃ttuor ꝑcipua ꝓsiderãda. Prio q̃ si est ipo sitũ ab antiq̃ a regib⁹ vl' ꝓncipib⁹ auoritatẽ im ponendi hñtib⁹:põt esse licitũ. Nã si nesciẽt a q̃b⁹ fuit ipositũ:tñ putant q̃ ab illis q̃ poterant sic ex lõga ꝓsuetudine cui⁹ initiũ ñ extat memoria i cõ trariũ:excusãt.al's sec⁹.z dũmõ fiãt moderate ex/actiões ne pauꝑes nimiũ grauent.patet extra õ ⁊bo.signi.c.Sup q̃busdã. Si ãt pedagiũ ẽ no/uum sine autoritate legitima ipositũ.tales ipo/nentes vl' etiã aggũãtes antiq̃ pedagia vl' thelo nea z oẽs exigẽtes iniusta:raptores sũt et tenent ad restitutiõez ill'a q̃b⁹ receperũt vl' saltẽ paupi/bus si illos ig̃rãt.et ℬ õ necessitate ꝑcepti.xiiij.q. vj.Si res.cõcor.vl.Inno.z addit frat Ange. de claua.in sũma q̃ hodie p ꝓcessu curie tales sũt excõicati excõicatiõe papali.vide ibi.Scõo si im positũ est ex iusta cã:q̃ est defensio viatoꝝ vl' na/uigantiũ vl' pñie.vel p pace tuẽda vl' p via repa rãda z hmõi.Et si recipiens facit id p q̃ est ipositũ:recipe põt sine scrupulo ꝓscie.al's rapina ẽ et teneẽ restituere vt dictũ est.Cõcor.Host.Tercio si nõ exigunt a clerici z psonis eccl'iastic;: nisi ipsi cũ negociatiõis deferãt.q; si q̃s ab ist; exigit p se vel p inꝑsonã psonã:excõicationẽ incurrit ipso facto.extra õ cẽsib⁹.c.q̃ꝫ.li.vj. Itẽ nõ debẽt etiã exigi a romipeꝛ z pegrinis visitatib⁹ oratoria sã ctoꝝ.xxiij.q.iij.Si q̃s romiperas.Quarto si exi gunt tm̃modo de hijs q̃ cã negociatõis vl' mer/cimoniũ deferunt.vñ de hijs q̃ q̃s facit portare p necessitate ad vsũ sue vite et famile:nõ põt exi gi pedagiũ.nec valẽt etiã cõsuetudo i ꝓiudm fm Host. Hec frat Ange. Ex ist; patet q̃ thelonea/riũ sũt i magꝝ piculo.q; rarissime exigũt fm põ/dictã formã p oia.et insup q; nõ fit ℬ officium sine pctõ mendacij:fraudis:periurij:rixe.z hmõi.

Quartũ piculũ salut; vel ipedimẽtũ vere pnie est delectatõis ꝓsuetudo z cõplacẽtia.q; glo.sup Job.õr.Difficile surgit quẽ moles male ꝓsuetu/dinis ꝑmit.Nã q̃ facit pctm̃ seruꝰ ẽ pcti Job.viij Tal' fuit matthe⁹ q̃ õr publican⁹ Lu.v.q; assue tus fuit hmõi viciosꝝ public; negociꝝ. Quitus est exẽplũ societat; in malicia. Unde Chrys. sup Mat. Periculũ est bitare cũ mal'. nã corrũpũt bonos mores colloq̃a ꝑua.j.Cor.xv. Hiero.ex iiij.q.iij.resecãde.Sic̃ scabiosa ouis pecora cor/rũpit:sic malus bonũ.Matthe⁹ mltoꝝ ꝓsiliuz publicanoꝝ exẽpla z societates habuit. Uñ cuz fecisset cõuiuiuz xpo i domo sua:aduenit turba multa.s.publicanoꝝ z alioꝝ q̃ cũ ill' erant:discũ bẽtes cũ Jesu Lu.v.Simon de cassia.Ecce xps vnum ꝙuertit z mltos attraxit. Ex hijs patet q̃ matthe⁹ pfecte fuit ꝙuersus.q; oia picula abdi/cauit.s.auaricie affectũ.ociũ.malũ q̃stũ.cõsuetu dinẽ z ꝑuã societatẽ.O g̃ z tu hõ si vis vere peni/tere z saluari fuge picula. H

Circa terciũ de xpi imitatiõe sufficiat p ꝙclusi one q̃ btus matthe⁹ imitat⁹ est xpm dñm p glo riosuz z pfectissimũ martyriũ:cui⁹ b passiõis se/riẽ ꝓseq̃mur ex legẽda cõmuni. Legenda

Matthe⁹ apl's in ethyopia ꝓdicãs i ciuitate q̃ õr Nadaber:duos magos reppit noie zaroen z arpharat q̃ se q̃si deos adorari faciebãt. Mat/the⁹ aũt in ꝓdicta ciuitate apõ eunuchũ cãdacis regine quẽ philipp⁹ baptisauerat hospitat⁹:q̃ il los ꝓdicabat iesum z i eo saluẽ hoim. Quadaz die eunucho inꝛrogãte sctm̃ Mattheũ quõ tot linguas loq̃reꝛ.exposuit ei q̃ spũsctõ descẽdente oim linguaꝝ sciaz cũ ceter; apl's recepiss;: vt fi/des xpi ꝑ orbẽ ꝓdicareꝛ.Tũc venit q̃daz dicens magos illos cũ duob⁹ aduenisse draconib⁹ qui flatu sulphureo cũctos occiderẽt. Apl'us aũt sig̃ cruc; se munies exuit.quẽ mor vt dracones vi/derũt:añ pedes ei⁹ ꝓstrati ꝓtin⁹ dormierunt. Di rit q̃ mag;. Ubi ẽ ars vr̃a:excitate eos si potest;. ego aũt nisi dñm rogassem q̃ i me cogitauera/tis iferre:in vos retorsissent. Cũ aũt ppl's cõue/nisset ꝓcepit i noie iesu draconib⁹ vt abirẽt.z nul lũ ledẽtes ꝓtin⁹ abierũt. Lepit q̃ ppl'o ꝓdicare q̃ modo hõ electꝰ ẽ ỏ gradiso ;z ꝑ xpm in celestẽ pa/diſũ est reuocat⁹. Ecce aũt subito tumult⁹ exort⁹ est plãgẽtiũ reg; filiũ mortuũ. quẽ cũ magi suscitare nõ possent:suadebãt regi q̃ in deoꝝ ꝓsortiũ rapt⁹ fuiss;.z iõ rẽplũ z simil'acꝝ sibi ꝓstrui opor teret.Predict⁹ aũt eunuch⁹ apl'm aduocauit q̃ orõne fusa illum ꝓtin⁹ suscitauit. Hoc viso rex Egipp⁹ ꝑ vniuersas suas ꝓuincias mãdauit di. Uenite z videte deũ i effigie hois latẽtez. Uenert g̃ cũ coronis aureis z varijs sacrificijs volentes ei sacrificare.q̃s apl's cõpescuit d.Ego nõ sũ de⁹ sed seruꝰ dñi iesu xpi. Illi g̃ de auro z argẽto q̃ si bi attulerãt ipo iubẽte eccl'iaz magnã fabricarũt in q̃ apl's.xxxiij.annis sedit z totã egyptũ ad fidẽ xpi ꝙuertit. Rex aũt cũ vroze z oi ppl'o baptisat⁹ est. Epigeniã q̃s reg; filiã apl's deo dicatã pl⁹ q̃ cc. vginib⁹ ꝓfecit. Post ℬ Myrtac⁹ regi succesit

et Epigeniā ꝙcupiscēs dimidiū regni apl'o pro/mittebat si eam in ꝙiugium suū faceret ꝙsentire Cui apl'us ait vt iuxta morē p̄decessoris sui die dñica ad eccl'iaꝫ ꝙueniret.ꝫ pñte epigenia cū v̄ginib⁹ audiret q̄ bona sint iusta ꝙiugia. Quo rex aduēit ꝫ apl'us ō bono mr̄imoniū p̄dicauit. Tandē ait. Cū bonū sit mr̄imoniū si saluo federe te/neat.tñ scit⁊ q̄ si reg⁊ spōsam aliqs seruoꝫ vsurpare p̄sumeret: morte ōmereret.ita ꝫ tu rex scies epigeniā etni reg⁊ sponsā effectaꝫ quō poter⁊ tibi copulare. Tūc irat⁹ rex abscessit. apl'us aūt intrepid⁹ epigeniā cū ceter⁊ v̄ginib⁹ bñdixit ꝫ oēs ad ꝙstantiā ꝙfortauit. Post missaꝫ aūt solēnia rex misit spiculatorē q̄ iuxta altare Matthēū orantē gladio interfecit. Tādē cū epigeniā nec p matronas directas posset aliēten⁹ ad ꝙsensū inclinare:totā ei⁹ domū igne vallauit vt ipam cū v̄ginib⁹ ceter⁊ ꝙcremaret. Apl'us aūt eisdē apparēs oēm ignē a domo excussit.q̄ erūpēs reg⁊ palatiū inuasit.et solo rege vix euadēte cū vnico filio cūcta ꝙsumpsit. Statim aūt demō filiū ei⁹ iuasit q̄ ad sepulchrū apl'i ꝙperauit patr⁊ crimia confitēs.paꝛ v̄o turpissim⁹ lepꝛosus effect⁹ cū curari nō posset:ꝙpria manu se p̄emit gladio. Populus aūt fratrē epigenie ab apl'o baptisatū regez ꝙstituit.q̄ cultum xp̄ianū magnifice ampliauit Rogem⁹ ḡ dñm vt per bti Matthei merita det nob⁹ gr̄am ꝫ tandē gl'iam Amen.

De sctō Matthēo euāgelista Ser.ij. vicz de attractione ad xp̄m seq̄ndū:eiusq̄ p̄uilegijs.

Jt illi. idē mat

a theo iesus Seq̄re me.et surgēs secutus est eū. Matth.ix.ꝫ i euāgelio hodierno. ℟ Sicut die Greg.sup Ezech. Quāto t̄renis mēs bois pl⁹ occupaꝛ:tāto celestia minus videt.ꝫ tāto a supno amore disiūgit q̄nto i/feri⁹ delectaꝛ.Sicut exēplū habem⁹ i pfūdo puteo t̄re quē hō intrat q̄nto pfundi⁹:tāto erit a solis visione et caloꝛe remotior. sed vt solis calore ille incalescat debet solis radios seq̄. Btūs itaq̄ Matthe⁹ qz tot⁹ erat t̄renis luc⁊ iplicat⁹:nō poterat diuini amoris igne ꝫ radijs calefieri ni si seq̄ndo xp̄m vez solē iusticie. Idcirco xp̄s dñs ipm misericorditꝛ inuitauit ꝫ attraxit vt ipm seq̄r⁊ ꝫ in amore dei calesceret. Ait ḡ illi. Seq̄re me Et qō ē mix. surgēs statiz secut⁹ ē eū:oia relinq̄ndo p amore xp̄i. Jurta q̄ v̄ba tria mysteria notabim⁹ p sermōe fm qō de bijs trib⁹ b. Matthe⁹

Primo de attractiōe diuia. ibi (cōmēdaꝛ. Ait illi Jesus:attrahēdo.

Scō de pfectiōe in xp̄i seq̄la. ibi. surgēs secu/ Tercio de honore p̄uilegij ꝫ glo (tus est eū ria. qō sequit⁊ ad p̄missa.

℟ Circa p̄mū de attractiōe diuia q̄stio v̄tit apud theologos doctores. Uñ ꝺ fuit q̄ apl'i ꝫ p̄cipue Matthe⁹ ad vnā vocē xp̄i ꝙtinuo relictis oib⁹ secuti sunt xp̄m. Uñ vt recitat btūs Hiero. in originali sup Mat. ex ꝺ arguit Porphiri⁹.et Julian⁹ august⁹ p̄cipue stulticiā eoꝝ q̄ statiz secuti sunt saluatorē:q̄si irrōnabilit̄ quēlibet vocā tē boiez sint secuti oib⁹ relict⁊. Rō. qz scribit Eccli xix. Qui credit cito.s.oi v̄bo:leuis ē corde.i. instabilis in bono ꝫ labil' i malū. Cū ḡ apl'i ꝫ p̄cipue matthe⁹ absq̄ vllo argumēto:absq̄ vll miraculis sufficiētib⁹ statī credētes relict⁊ oib⁹ secuti sūt vnū boiem vocantē.s.christuz: mirū videt quō fuerūt sapiētes ꝫ ñ leues corde. Sz ad hec respōdet fm Hiero. vbi ē. Bedā ꝫ doc. q̄ ista tā velox credulitas ꝫ seq̄la xp̄i in apl'is ꝫ Matthēo nō p cessit ex leuitate cordis.sz ex v̄tute xp̄i miracl'ose ad se illos trahēt⁊ ex bonitate diuie v̄tut⁊. Naz ipe xp̄s dñs dixit Joh. x. Nemo p̄t venire ad me nisi pr̄ q̄ misit me traxerit eū. Ipse ḡ xp̄s de⁹ traxit eos v̄tute diuia:q̄ exteri⁹ vocauit eos p v̄ba. Uor q̄ppe xp̄i vocāt⁊ habuit v̄tutē nō solū iducti uā sed etiā attractiuā.qz erat instrumētū deitatis. Uñ Ps. Ipse dabit voci sue vocē v̄tut⁊.s.diuine. ℰ Pro q̄ notādū est q̄ pctōrez hoiem quēcq̄ trahit qñcq̄ diabolus ad se.qñcq̄ attrahit de⁹:suis vteraq̄ funiculis ligādo ꝫ trahēdo: teste scptura. De diabolo patet Prouer. v. Quare in q̄t deducer⁊ fili mi.i. traher⁊ ad pctā.subdit. Jniq̄tates sue capiūt ipiū ꝫ funib⁹ pctōr⁊ suoꝝ ꝙstrīgit.ipse morie⁊ ꝫ in mr̄itudie stulticie sue decipietur. Et itez ca. vij. ōr. Quasi bos ducit⁹ ad victimā stult⁹ trahit.s.ad dānatiōez. Jtē de deo ꝫ xp̄o iesu scribit Osee. xj. Jn funicul' adā trahā eos:in funicul' charitat⁊.hec dic dñs. Si q̄rat q̄lib⁹ funib⁹ pōt trahere diabol⁹ pctōres:erq̄ p xp̄m ꝙtrita est diaboli ptās. Rūdet fm Aug. lib. ꝙfes. di. Suspirabā ad te dñe vinct⁹ nō catena ferrea (.s. coactōis) sz mea ferrea volūtate q̄ ex bis anul' cōglutinat. Prim⁹ ē mala cogitatio q̄ parit ōlectationē. Scōs est ꝙsensus in delectatiōez. Terci⁹ ē opatio. Quart⁹ consuetudo q̄ parit necessitatez: quā sequit⁊ desperatio ꝫ dānatio. ℧ Jtez q̄lib⁹ funibus xp̄s ad se trahit pctōres hoc edocuit in matthēo quez traxit funiculo q̄druplici. Et suo modo facit spūalit' alijs vt dicit Bern.

Primo funiculo amoroſe viſiōis.
Scō funiculo v̄tuoſe vocis.
Tercio funiculo diuine inſpirationis.
Quarto funiculo mirifice opatiōis.

Prio traxit matthēū xp̄s funiculo amoroſe viſiōis. Nā Hiero. in origiali sup Mat. ōt. q̄ fulgor ꝫ maiestas diuitat⁊ occulta q̄ etiā in hūana relucebat facie ex p̄mo ad se videntes trahere poterat aspectu q̄s volebat. Nec ille. Et sic nō mirū q̄ matthe⁹ ꝫ apl'i velocit̄ xp̄m secuti sūt. qz sic volūtate diuia trahebant⁊ p amoroſum splēdorē in visu facici xp̄i lucētē. Ad id accipiam⁹ exempla. Nā legit⁊ in figura hui⁹. iij. Reg. xix. q̄ Helias ꝓpha venit ad helizeū in cāpis arantē ꝫ misit sup illū palliū suuz. Et statim ipe helise⁹ relictis

Cilia p̄ vginalē mūdiciā:fuit vgo p̄clarissima p̄apia romanoz nobiliuz exorta a cunabulis in fide xpi nutrita: euāgeliū xpi gerebat semp absconditū in pectore suo z nō die⁹ neq⁹ noctib⁹ cessabat a colloquijs diuinis z oōne:suā vginitatē p̄seruari a dño flagitans. Cū autē cuidā iuueni Valeriano desponsata fuisset z dies nuptiaz p̄stituta. illa subtus ad carnē cilitio induta erat:desup deauratis vestibus tecta.Et cantātib⁹ organis ipa in corde dño cantabat dicens.Fiat dñe cor meū z corpus meum imaculatū vt nō confundar:z biduanis ac triduanis ieunijs orans cōmēdabat dño qđ timebat Venit nor qua cū sponso cubiculi silentij secreta suscepit z ita eū alloquit.Oamātissime iuuenis est secretū qđ tibi volo dicere si iuras illud cōseruare.Jurat ille.Tūc ait.Angelū dī habeo amatorē q̄ nimio zelo custodit corpus meū.Hic si p̄ceperit q̄ tu me polluto amore p̄tingas statiz feriet te z morieris.si autez sincero amore diligas vginitatē meā custodiendo amabit te sicut z me z ostendet tibi gl'iam suā.Tūc Valerianus nutu dei correptus ait.Si vis vt credā tibi ostende mihi ipm angelū:quē si p̄bauero q̄ vere angel⁹ dei sit faciā qđ hortaris.si aūt virū aliuz diligis te z illū gladio feriā.Cui Cecilia.Si in deuz vez crediderīs z te baptisari p̄miseris ipm videreva lebis. Vade igit in tertiū miliariuz ab vrbe via apia z pauperibus quos illic inuenies dabis elemosynas z dices.Cecilia me misit ad vos vt oīa datis mihi sanctū episcopū Urbanū ad quē habeo secreta p̄ferre.illi aūt indica vba mea z post q̃ ab eo fueris purificatus rediēs angelū ipsum videbis.Cū qz Valerianus iuisset z sanctū Urbanū papā intra sepulchra martyz latitantē inuenisset z hec oīa dixiss̄z eidē:ille man⁹ ad celū expandēs cū lachrymis orauit dicens.Dñe iesu suscipe seminū fructus.s.castitatis quos in cecilia seminasti.z subito apparuit senex niueis vestib⁹ indutus tenēs librū aureis litteris scriptuz quē videns Valerian⁹ p timore cecidit q̃si mortuus leuatus a sene mandatū accepit vt i libro illo legeret:z legit sic. Unus de⁹:vna fides:vnus baptisma:vnus deus omniū q̄ sup oīes est rē. Dicit ei senior.Credis ita esse an adhuc dubitas Tūc exclamauit dicēs.Nō ē aliud qđ verius credi possit sub celo.Statim illo disparēte sanctus Urban⁹ eū baptisauit z rediens cecilia cū angelo loquēte in cubiculo inuenit.angelus autē duas coronas ex rosis z lilijs padisi in manu habebat z vnā Cecilie:alterā Valeriano tradidit dī. Istas coronas imaculato corde z mūdo corpore custodite.qz de padiso dī attuli:nec vnq̄z marcescent:nec odorē amittēt:nec ab alijs nisi quib⁹ castitas placuerit videri poterūt.tu aūt Valeri. pete qđ vis z sequeris.Ait ille.Nil mihi dulcius fratris vnici affectu in hac vita pero vt z ipe veritatē mecū cognoscat.Cui angel⁹.Placeat dō petitio tua z ambo cū palma martyrij ad dñm venietis.Post hec ingressus Tiburti⁹ frater Valeriani dixit.Miroz hoc tpe hyemali roseus hic odor z lilioz vñ spiret:p̄siteor ita sū refect⁹ vt totū me putem imutatū.Valerianus dixit.Coronas de rosis z lilijs miro cādore vernātes habemus quas tui oculi videre nō p̄ualent. Tibur. dixit.In somnijs loqueris an in vitate. Cui valerian⁹.Usq mō in somnijs fuimus : sed iā nūc in veritate manem⁹.Ad quē.Quis te docuit hoc Rñdit Valerian⁹.Angelus dñi quē z tu videb

si purificatus fueris: z omibus ydolis abrenũ/ ciaueris. Tũc Cecilia euidenter ei ostendit ydo la esse muta z insensibilia. Tandem misit eum p baptismate cũ Valeriano ad sanctũ Urbanũ z interim dixit Tiburtius fratri suo. Obsecro te frater dic ad quẽ me ducturꝰ es. Et ille. Ad Ur/ banũ epm. Tibur. ait. Ille totiẽs dãnatꝰ ẽ mor/ ti: z si inuẽtꝰ fuerit cremabit z nos pter pibimꝰ. Cui Cecilia. Si hec sola esset vita iuste hanc pde re timerem. est aũt alia melior q̃ nũq̃ pdix: quã filiꝰ dei nobis enarrauit z miraculis mõstrauit Tũc cepit ei de trinitate in diuinis: z de aduẽtu filij dei z eiꝰ passiõe pdicare q̃ ꝓgruũ fuerit xpm p nobis pati vt satisfaciẽdo redimeret hõ. Tan/ dẽ Tiburtiꝰ ducꝰ est ad sanctũ Urbanũ et ba/ ptisatꝰ sepe angelos dei videbat z oia q̃ postula bat mox obtinebat. Valerianꝰ igit z Tibur. ele/ mosynis insistebant: z sanctoꝝ corpa q̃s pfectus Almaciꝰ occidebat: sepulture tradebãt. Qõ au/ diens Almatiꝰ eos ad se vocauit z inquisiuit: ac post plura ẽba pcepit vt offerrẽt dijs libamina Rñderũt. Nos deo vero sacrificiũ q̃tidie exhibe mus. tradunt ĝ in custodiã maximi. Quib ille ait. O iuuẽtutis flores fratres quõ ad mortẽ q̃si ad epulas festinatis. Cui valer. ait. Promittere crediturũ z videbis post mortẽ gl̃iam aiaꝝ nr̃a/ rũ. z maximꝰ pmisit si hoc viderit. Dũq̃ aurora finẽ daret nocti cecilia dixit. Eya milites xpi abij cite opa tenebraꝝ z induimini arma lucis. Quar to ĝ miliario ab vrbe sctĩ ducũt ad statuã iouis z dũ nollent sacrificare pter decollant. tũc Ma ximus cũ iuramento asseruit se eoꝝ angelos vi disse fulgẽtes z alas eoꝝ quasi ẽginee de thala/ mo exeũtes z in celũ p angelos deductas. Credi dit ĝ maximꝰ in xpo z omis familia eius ac vni uersi carnifices z baptisati sũt. Almatiꝰ audiẽs tãdiu plũbatis cedi fecit maximũ donec spm ex/ cussit cuiꝰ corpus ceci iuxta vale. z Tibur. sepe/ liuit. Post hec Ceciliã quasi ziugẽ valeriani ius sit almatiꝰ sibi astare iussitq̃ vt idolis ĩmolaret aut mortis sententiaꝝ incurreret. Cũq̃ ꝓmpte se morti offerret apparitores z mlti assistẽ. flebãt q̃ tã decora z nobilis puella vltro morti se trade ret. Sed Cecilia dixit ad eos. Hoc non est pdere iuuẽtutẽ: sed mutare: dare lutũ z accipe aurum dare vile habitaculũ z accipe pciosuz. Nam deꝰ reddet cẽtuplũ. Tũc crediderũt in xpo quadrin/ genti z baptisati sunt. Quo audito Almatiꝰ Ce/ ciliã interrogauit. Cuiꝰ ꝓditionis es. Et illa. In genua sũ z nobilis. Cui Almatiꝰ. Ego te de reli/ giõe inẽrogo. Et Cecilia. Interrogatio tua stul ta est que duas respõsiões vna putat inquisitõe cõcludi. Et Almatius. Uñ tibi tanta pspptio rñ dẽdi. At illa. De ꝓscientia bona z fide nõ ficta. Cui Almatiꝰ. Ignoras cui potestatis sim. q̃ viuifi/ cãdiz mortificãdi mihi tradita est potestas. Cui Cecilia. Cõtra veritatẽ publicã pbo te nũc eẽ mẽ titũ, vitã eñ viuẽtib tollere potes. mortuis aũt e dare nõ potes. es ĝ minister mortis, z nõ vite. Cui Almatiꝰ. Ut qd cũ tãta superbia loqueris. Et illa. Nõ est superbia sed ꝓstãtia. Nã nos sciẽtes sanctuz dei nomen oino negare nõ possumꝰ. Melius ẽ eñ feliciter mori q̃z infeliciter viuere. Cui Alma tius. Jã depone amentiã z sacrifica dijs. Cui Ce cilia. Nescio vbi oculos amiseris. nã quos tu de os dicis nos saxa esse videmꝰ. mitte manũ z tan gẽdo disce qõ oculis nõ vides. Tunc iratus ius sit eã ad domũ suã reduci: ibiq̃ tota die z nocte i bulliente balneo cõcremari. que q̃si in loco frigi do mansit nec modicũ sudoris psensit. qõ cũ au disset Almatius iussit eã in ipo balneo decollari quã spiculator tribus ictibus in collo pcussit: sed tñ caput amputare nõ potuit. Et qz decretum erat ne quarta pcussione decollandꝰ acciperet: eã semi/ uiuã cruentꝰ carnifex reliqt. p triduũ aũt supui/ uens omia q̃ habebat pauprib distribuit. z oẽs q̃s ad fidẽ puerterat: vrbano epo cõmẽdauit di. Triduanas mihi iduciasa dño popposci vt hos tibi cõmẽdarẽ z domũ meã in ecclias ꝓsecrares. z sic fecit epus: ipam q̃z sepeliuit circa annos dñi ducẽtos vigintitres. Rogemꝰ ĝ xpm vt ei meritis det gr̃am z tandẽ gl̃iam Amen.

De sancto Clemente sermonẽ vide ex cõmuni applicãdo legendã.

Lemẽs a clemẽ

Cetia dr̃ qz misericors fuit ex nobili ro/ manoꝝ pstapia ortus patre Faustidi ano: matre matidiana: habuit duos fratres q̃z vnus Faustinꝰ: alter Faustꝰ dicebat. Cũq̃ ma/ tidiana esset multũ pulchra: frater mariti caz cõ cupiuit z quotidie molestabat: illa nõ ꝓsentiens cũ hoc viro timeret reuelare ne inẽ duos fratres inimicicias suscitaret: cogitauit se p tpus a pria absentare donec a spectu eiꝰ subtracto illiꝰ amor cõquiesceret. Ut aũt a viro suo impetrare posset callide somniũ ꝓfinxit di. viro. q̃ scz p somniũ vi/ sũ vir apparuit pcipies sibi vt ꝓfestim cũ duobꝰ geminis Faustino scz z Fausto exvrbe discederz donec reditũ idẽ imparet: alioq̃n cũ liberis peri/ ret. Maritꝰ expauẽs misit eos athenas vt ibi i/ terim filios faceret erudiri: minorẽ autẽ filiũ cle/ mentẽ apud se retinuit. Cũq̃ nauigarẽt naufra/ gium passi sũt z matr sine filijs a fluctib eiecta eua sit: clamores dans z vlulatꝰ: manusq̃ lacerabat morsib. Tandẽ apud quãdã viduã recepta ho spitio victũ q̃tidie manib querebat: sed modico post tpe manꝰ eius sũt arefacte. pter morsus cre bros nec opari potuit: sed z hospita eiꝰ palysim incurrit. Sicq̃ matidiana mendicare cõpellit. z ipa cũ hospita exbis que mẽdicabat pascebant. Cõpleto anno vir missis viris cepit requirere se mel secũdo z tertio q̃ deuenisset: nec inueniẽs vl/ lũ vestigiũ: ipemet ad querendũ iuit in naui reli cto Clemẽte filio sub tutoribz. z sic clemens vigi

ti annis orbatus rome stetit: studioq; litterarum se ꝓtulit: ꝑsum mũ pbie apicẽ apꝓhẽdit. vehemẽter aũt desiderabat ql̃iter sibi aie imortalitas ꝓsuaderi posset. Deniq; cũ Barnabas apl̃us romã venisset z fidẽ xpi ꝓdicaret pbi eũ deridebãt. z clemẽs ꝓ derisu barnabe questionẽ fecit dicẽs Cũ culex aial sit exiguũ qd est q; ser pedes habet z insup alas possidz. elephas aũt cũ sit immane aial nec alas possidet z tm̃o q̃ttuor pedes habet. Cui Barnabas rñdit. Stulte tue questioni possem rñdere si causa discende vitatis q̃reres. Sed nũc de creaturis dicere vobis aliq̃d absurdũ est cũ ꝓditorẽ ignoretis. Nã iustũ est vt in creaturis erretis q; creatorẽ nõ cognoscitis. Hoc vbũ cordi clemẽtis pbi valde inbesit: ita q; fidem xpi a barnaba instructꝰ suscepit: z postmodũ in iudeã ad petrũ ꝓperauit z eius discipulꝰ factꝰ est q; de ꝓgenie interrogatꝰ a petro retulit q̃d matri z fratribꝫ ac patri acciderit. Eo tpe Simon magus duos discipulos habebat. s. aquilã z niceta q; eius fallacias agnoscẽtes eũ reliquerũt z petri discipuli sũt effecti. Accidit q̃dã vice petrũ cũ discipulis aduenire ad insulaz in qua matidiana morabat. s. mater clemẽtis. quã mẽdicantẽ vidẽs cur nõ oparet manibꝫ increpauit. Illa dixit manus insensibiles habere: addiditq;: melꝰ mihi fuerat in mari mori z vtinã me ꝑcipitassez vt vltra nõ viuerẽ. z narrauit ei oẽm̃ sue fortune euẽtũ. Ad quã petrꝰ. Est quidã apud nos adolescẽs noie clemẽs q; hec refert matri z fratribꝫ accidisse. Illa audiẽs stupore ꝓcussa corruit: z tandẽ cũ lachrymis ait. Ego sũ mater adolescentis rogo vt eũ ostẽdas mihi. quã petrus duxit ad nauẽ. Videns aũt clemẽs petrũ manu ducere mulierẽ ridere cepit. Zdueniẽs illa statim in amplexus clemẽtis ruit z crebro osculari cepit. quã ille putãs insantiẽtẽ repellebat. Cui petrꝰ. O fili clemens noli repellere matrẽ tuã. quã recognoscẽs flere cepit vterq; z q̃d patri acciderit ac fratribꝫ enarrãtes alternatim suspiria dabãt. Tunc ad ꝓceptũ petri bospita illiꝰ q; galylea iacebat adducta ab illo ẽtinuo liberat. Interea niceta z aq̃la ꝓcũctãtur q; esset bec mulier. auditisq; a clemẽte z petro rebꝰgestis obstupefacti dixerũt. Dñe deus q̃d est boc nos sumꝰ inquiunt Faustinꝰ z Faustus. q̃s ipa mater nostra extimat in mari perijsse z iamplexꝰ matris ruerũt: illaq; ꝑ gaudio velut amẽs effecta corruit: z spũ resumpto ait. Obsecro dulcissimi filij narrate quõ euasistis de mari. Rñderũt. Resoluta naue nos cũ sup quandã tabulã veberemur quidã pirate nos inuenerũt z mutatis noibꝫ vẽdiderũt cuidã honestevidue q; nos vt filios habuit z erudiri fecit. Tandẽ Simoni mago adhesim̃ cuius fallacias agnoscẽtes petri discipuli effecti sum̃. Sequẽti die petrus assumptis tribus fratribꝫ. s. clemẽte: aquila z nicetа intrauit ad secretiora loca insule causa oratonis: quos vidẽs senex quidã pauꝑ alloqui cepit dicens. Cur sic erratis vt orandũ putetis cuꝫ in mũdo nil sit diuina ꝓuidẽtia: sed fortuitꝰ casus z geneseos oẽm̃ia agũt sicut z ego oẽm̃ia in me exptus sũ. Siue ḡ oret quis siue nõ qõ Geneseos cõtinet implebit. Tũc ex mandato petri ceperũt illi discipuli ẽtra eũ disputare aptis rõnibꝫ ostendeñ. diuinã ꝓuidentiã in mũdo: eũq; ob reuerentiã crebro patrẽ noiabãt in disputatõe. Quibus aquila dixit. Cur eũ patrẽ vocamus cũ xpus dixit neminẽ patrẽ sup terraz vocare. z mox intulit ad senem nõ iniuriose accipe boc pater. Tũc oẽs riserũt dicẽtes. Facis id de quo alios culpas. patrẽ vocañ. senem. Tandẽ senex dixit. Quõ possiz diuinã ꝓuidentiã credere: cũ in mea coniuge z filijs exptus sum accidisse oẽm̃ illud qõ geneseos dicebat. z narrauit eis oẽm̃ illud qõ sup̃ dictuz est de matidiana vxore peregre ꝓfecta cũ duobꝰ filijs z in mari periclitata. Re narrata filij volebant in amplexꝰ eius ruere z rem aperire: sed ꝑ petrus ꝓbibuit ꝑcipiens expectare. z dixit seni. Si ego coniugẽ tuã castissimã cũ filijs tuis assignauero credis ne. qz Geneseos nil sit. Cui ille. Impossibile est boc fieri. Tũc petrus ait. Ecce iste filius tuꝰ clemẽs. z bi sũt duo gemini filij tui scilicet faustinꝰ z faustus. tũc ruerũt i oscula. z oẽm̃ia que acciderãt narrañ. Ecce z vxor aduenit cũ lachrymis clamitans. Ubi est vir meꝰ z dñs meꝰ z sic se cognoscẽñ. in amplexus ruerũt lachrymãtes. Nec z plura in legẽda sunt scripta ex itinerario clementis que ꝓtranseo. Post bec petrus romã veniens z ibi multo tpe ꝓdicãs dñ ꝓuidisset im̃minere suã mortẽ: ordinauit clemẽtẽ in papã successuꝫ: mortuoq; petro cũ fuisset electus talibus moribꝫ pollebat vt iudeis z gentilibꝫ ac oẽm̃nibus xpianis cõplaceret. Inopes xpianos mẽdicare nõ sinebat: sed singulis noiatim scriptis subueniebat ꝓ oẽm̃es regiones ꝓdicabat z multos cõuertebat inter quos domicillã scz virginẽ neptem domiciani imꝑatoris sacro velamie cõsecrauit: z theodorã vxorẽ sisinnij amici imꝑatoris ad fidẽ cõuertit z in castitatis ꝓposito manere fecit. z plura miracula faciẽs que ꝓtransimus causa breuitatis. Tandez comes sacrorũ pecunia multis data ꝓcitauit seditionẽ cõtra clemẽtem. quẽ vrbis ꝑfectus cepit inclinare ad se z redarguere. Cui clemẽs ait. Nõ est curandũ q; mlti canes latrãt ẽtra nos. Naz nõ possũt facere vt nõ simus homines z ipi nibilomin̄ manent canes. Tũc Mamertinꝰ ꝑfectus seditionẽ populi nõ fereñ. scripsit imperatori traiano. qui rescripsit. q; aut sacrificaret: aut trãs mare in beremũ ter̃sone exilio mitteret. Missus est ḡ in exiliuz et secuti sũt eũ multi clerici z laici. Uenieñ. aũt ad insulã inuenit ibi plus q̃z duo milia xpianoꝝ iã dudũ ad secãda marmora dãnatoꝝ. qui videñ. eũ in lachrymas ꝓruperũt. Quos consolañ. ait. Nõ meis meritis ad vos me misit dñs vestrꝰ coronis ꝓcipẽ fieri: z cũ ad eis audisset q; aquã a

sexto miliario humeꝝ deportarẽt: ꝑcepit vt oraꝛ
rent: oꝛone facta vidit agnũ stantẽ q̃ pede dextro
erecto quasi locũ ep̃o ostẽdebat ꝛ ꝓcusso loco sta
tim fons magn⁹ erupit ꝛ in fluuiũ creuit vniuer
sis gaudẽtib⁹. ad hanc famã multi ꝙfluebant: et
vna die ampli⁹ q̃ ꝙngenti sunt baptisati ac ꝓ to
tã ꝓuinciã illã ifra annũ idoloꝝ tẽpla destrueñ.
septuagintaq̃nq; ecclias edificarũt. anno dñi cẽ
tesimo traianus cepit imꝑare. q̃ hoc audiẽs q̃n
dã ducẽ illuc misit. q̃ cũ ꝙspiceret oẽs ꝑ rp̃o libẽ
ter mori multitudini cessit ꝛ solũ clementẽ liga
ta anchora ad collũ in mare ꝓcipitauit di. Jam
nõ poterũt ip̃m rp̃iani colere. stante aũt oi mul
titudine ad litus coꝛneli⁹ ꝛ pbebus discipuli p̃ce
perunt oꝛare oẽs vt dñs coꝛpus sui martyris
mõstraret: statimq; mari ꝓ tria miliaria recedẽ
te oẽs ꝑ siccũ ingressi inuenerũt in modũ tem
pli marmoꝛei habitaculũ a deo patũ: ꝛ ibi in ar
ca coꝛpus sancti clemẽtis ꝛ anchoꝛã iuxta euꝫ. re
uelatũ est aũt discipulis ne inde tollerẽt coꝛpus
oñi nãq; anno tpe passiõis eius ꝑ septẽ dies ad
tria miliaria mare recedebat ꝛ siccũ iter aduenie
tib⁹ ꝑbebat. sꝫ post multoꝝ annoꝝ curricula vt
refert Leo hostien. eꝑus miraculũ marini recess
sus ob culpã inhabitantiũ cessauit. barbari etiã
tpe marini recessus venien. templũ destruxerũt:
ꝛ arca cũ coꝛpe erat obꝛuta marinis fluctib⁹: di
uina tamẽ reuelatiõe ad oꝛonẽ ep̃i ꝛ cleri inuẽtuꝫ
est coꝛpus ꝛ anchoꝛa ꝛ deportatũ terꝛonã. ꝛ tan
dẽ romã multis ostensis miraculis: vbi in eccle
sia que nũc dicit sancti clemẽtis honoꝛifice ẽ coꝛ
pus collocatũ ad laudẽ dñi ihesu q̃ cũ ꝑe ꝛ spũsã
cto viuit ꝛ regnat vn⁹ deꝰ i secla seculoꝝ. Amen.

De sancta Katherina Sermo ꝑm⁹ cũ legẽda

Oncupiscet rex

c decoꝛẽ tuuꝫ qm̃ ipe est dñs deus tuus
Ps̃. xliij. ꝛ ad honoꝛẽ hui⁹ festiuitatis.

B Sicut videm⁹ q̃ in mũdo q̃nto aliq̃d est
celo ꝓpinqui⁹: tãto est clari⁹ pulcheꝛ⁹ ꝛ deo ꝓ cõ
formitate ꝓximi⁹. sicut ꝓꝛ in aqua respectu ter
re i aere ꝛ igne ac celesti coꝛpe: stelliseq; ꝛ maxime
celo empyreo q̃ sup̃ alia est clari⁹ pulcheꝛius ꝛ ꝓ
di habitaculo ac beatoꝝ gl̃ia ꝙueniẽti⁹ e ꝓximo
sic bois aia q̃nto est celestis ꝙuersatiõis ꝑ castita
tẽ: tãto ẽ pulcheꝛ⁹ coꝛã deo ꝛ ad inhabitãdũ ama
bili⁹. Nã Aug. dicit. q̃ castis mẽtib⁹ illabit deus
Jtẽ Amb. de vgi. Pulcheꝛitudinẽ maioꝛẽ q̃s exti
mare poterit decoꝛe vginis q̃ amak a rege. s. ꝛpo
ꝓbak a iudice: dedicak deo. Sꝫ qm̃ beata kathe
rina fuit vgo castissima. ꝛ iõ ꝛpo dilecta. merito
de ipa dicũk vba p̃missa. Cõcupiscet rex decoꝛez
tuũ qm̃ ipe est dñs deꝰ tuꝰ. Jurta q̃ vba tria my
steria notabim⁹ ꝑ hoc sermõe fm q̃ de his tri
bus beata katherina cõmendak ꝛ in exemplum
nobis ꝓponik.

Primo de deo grata complacentia: ibi. Con
cupiscet rex christus.

Secũdo de decoꝛa mundicia: cum subditur.
Decoꝛem tuũ.

Tertio de ꝑclara patiẽtia. s. amoꝛe ꝛp̃i: iõ dici
tur. q̃ ipe est dñs deus.

B Circa ꝓmũ de cõplacẽtia caste mẽtis scz
apud rp̃m querik. q̃re rp̃s dñs ꝙcupiscit specia
lius mentẽ castã inhabitare. Respondeꝛ q̃ ꝓpter
pue quadruplici ratiõe.

Prima rõ dulcis refectiõis.

Secũda rõ celestis ꝛtutis.

Tertia rõ diuialis ꝙformatiõis.

Quarta reginalis despõsatiõis.

Prima rõ refectiõis. Nã videm⁹ q̃ libet hõ de
lectabiliter manet in hospitio vbi reficik cib⁹: po
tu: q̃ete. sꝫ mens vel aia casta dulciter reficit ꝛpm
Vñ Cant̃. ij. Qui pascik inter lilia. i. vginalia et
casta coꝛda. Aug⁹. O q̃ dulces sũt fructus chari
tatis. nã in eis singulariter reficit dñs maiesta
tis. Nimiꝝ legik Deb. ix. q̃ i arca testamẽti erat
hec. s. vꝛna aurea habẽs mãna ꝛ ꝛge aarõ q̃ frõ
duerat ꝛ tabule testamẽti. s. in q̃b⁹ erat decalog⁹
descꝛ⁹ digito dei. Jsta aũt arca significabat my
stice coꝛ bũanũ. Erat em̃ de lignis sethim iputri
bilib⁹ ꝛ deauratũ intꝰ ꝛ foꝛis repñtãs locũ diui
nũ. Nã ꝛ deꝰ ipe ibi dabat rñsa. Sic coꝛ bũanuꝫ
dꝫ eẽ iputribile ꝑ pcm̃ mortale. q̃ vt dr̃ Sap̃. j.
Nõ habitabit deꝰ in coꝛpe subdito pctis. Debet
etiã eẽ deauratũ intꝰ [illegible] ꝑ charitatẽ di ꝛ primi.
de q̃ Apoc̃. iij. Suadeo tibi emere auꝝ. s. chari
tatis vt sic sit locꝰ do dignꝰ. Sꝫ in b̃ hospitio coꝛ
dis debet hõ habere ꝓmo mãna vbi diuini q̃
tãq; dulci cibo reficik rp̃s. q̃nto meliꝰ deco quik ꝑ
ardoꝛẽ charitatis̃. Brego. ome. viij. Lib⁹ mẽtis est
vbũ dei. Vñ rp̃s dñs dixit Joh. iij. Meꝰ cib⁹ est
vt faciã volũtatẽ eiꝰ q̃ misit me. Et loq̃k ibi de cõ
uersiõe aniaꝝ ad vbũ dei fm Lyrã. Secũdo de
bet habere hõ vgã penitẽtie q̃ ẽ ꝑ dulci potu rp̃i.
Berñ. Lachꝛyme penitẽtiũ vina sũt ãgeloꝝ q̃bꝰ
delectank cũ do. Tertio debet habere q̃tẽ ꝙscien
tie bone in obꝛuãtia ꝓceptoꝝ decalogi. Beꝛ. Le
ctul⁹ rp̃i floꝛid⁹ ẽ bona ꝙscia. i q̃ duleiter reꝙescit
Ex his patꝫ q̃ sic in arca dñi fuerũt illa tria ꝑdi
cta: sic in aia casta debẽt eẽ hec tria. s. vbũ dei: pe
nitẽtia ꝛ bona cõscia in obꝛuãdo oña ꝓcepta. Et
vbi hec tria fuerint rp̃us dñs dulciꝫ reficik cibo
potu: q̃ete. recedit aũt vbi hec nõ fuerint. Et q̃ ca
sta mẽs hec obꝛuat iõ rp̃s ibi habitat. Scdo rõ
ne celestis ꝛtutis. q̃ celestis vita est in vginitate. Vñ
Hiero. in ser. de assũ. Profecto in carne sine car
ne viuere nõ terrena sꝫ celestis vita ẽ. Deꝰ aũt in ce
lo habitare vult: sic ꝛ in tẽplo castitatis̃. Ps̃. Dñs
i tẽplo sctõ suo dñs i celo sedes eiꝰ. Vñ Beda ex
ꝑsse sup̃ Luc̃. dic̃. q̃ rp̃s in sũma pace ꝛ vginali
vtero icarnari ac nasci voluit vt mõstraret. q̃ pa
cẽ i hoib⁹ ꝛ castitatẽ diligit. Nã q̃re in celo rp̃s de
us habitare diligit nisi q̃ ibi ẽ sũma mũdicia et
pax sempiterna in di charitate. Ps̃. Jn pace factꝰ

est locꝰ eiꝰ. Et iterꝝ. Tu aũt in sctõ .i. mũdo habitas laus isrl. Et sic patz q̃ i pace z castitate habitare vult deꝰ cãq̃ i celo. sz i discordia z immũditia sic in inferno habitat diabolus. Tertio rõne diuinal' ꝓformatꝰ. qz assil'at hõ p vginitatem xp̃o dei filio z vgini matri eiꝰ. Siꝯitudo aũt est eã dilectõis fm pbz scõo de aia. Amabilis ĝ vr ẽ. qz Sapiẽtie. vj. Incozruptio ꝓmũ facit deo.

¶ Quarto rõne reginalis desponsationis. Nã vt dicit Lyranꝰ. Virginitas est regina vtutũ: sozor angelozũ: possessio oim bonoruz. Sed quare castitas reputat regina virtutũ: cũ fides z charitas ꝑcellãt: sine qbꝫ nil valet castitas. Rñdetur q̃ primo ꝓter dignitatẽ. qz est a xp̃o rege oim despõsata. ꝓter qõ castitatẽ tenẽtes sponse xp̃i nominãt. Vñ cãit ecc'ia. Veni spõsa xp̃i accipe cozonã quã tibi dñs rẽ. Secũdo ꝓt mirabilẽ sublimitatẽ. Nã vt Augꝰ. docet. Rara z insolita faciũt mirari. z declarat. Nõne maꝰ ẽ boiez creari in vtero matris q̃z moztuũ hominẽ resuscitari. cõstat q̃ maꝰ est. qz in oztu hominis deꝰ ex nihilo creat animã. sed in resuscitatiõe solũ reunit aĩ creatã. z tñ ozꝰ vel natiuitas boiis non reputat' ꝓ miracl'o qz b̃ est ꝓsuetũ fm cursũ nature. sz mozcui resuscitatiõem oĩes mirãt qz b̃ est raꝝ z insolitũ. Ad ꝓpositum. Virginitas vel castitas in boiꝫ est vtus valde rara. Vñ Bernꝰ sup̃ cañ. ser. lxvij. Rara in terris est ꝓtinẽtia. Et Greg. dis. l. Quia sãctitas. dic. q̃ pauci inueniuntur sine carnali delicto. ĝ est virꝰ mirabilis z regia per quã regit anima cozpus ne in eo regnet luxurie vicia. Tertio ꝓter cozonam reginalem qz virginitati debet i celo aureola fm doctozes sup. iij. Ad ꝓpositũ. Beata katherina virginitatẽ castissimam tenuit. z ideo a xp̃o rege dilecta z miraculose despõsata fuit. ¶ Legit de oztu q̃ in alexãdria erat quidã rex Lostus noie p̃dictus z gl'iosus: sz multo tpe ꝑple caruit: vnde dijs impẽdebat multa sacrificia vt paganus ꝓ prole habẽda. sz qz demones nõ possunt creare aiam hũanaz. nil sibi hec ꝓfuerũt. Interea quidã pbꝫ noie Alphozabiꝰ fuit in grecia magnꝰ z famosꝰ. Quẽ rex audiens missis l'tis ad se accersiuit z ipsũ iterogauit vnde b̃ sibi fozet q̃ plẽ ex regina nõ haberet. Qui ꝓsideratz sapiẽter regis z regine cõplexionibꝫ iudicauit q̃ nõ ex defectu nature hoc esset sz diuina puidẽtia. Cõsuluit ergo sacrificia fieri. Cũq̃z rex dixisset sibi multa iã facta dijs sacrificia pbꝫ ait. Licet plures deos dicamus. tñ vnũ esse p̃ oĩbꝫ ratio dictat. Nimiꝝ z Arest. cõcludit. xij. li. methaph̃. q̃ mala ẽ pluralitas p̃ncipũ: sit ĝ vnus p̃nceps z rector oim. Entia ei nolũt male disponi z tõ bonũ vniuersi ꝓsistit i vno p̃mo p̃ncipio. s. ẽo. ad qõ oĩa ordinãt: a ẽo nãq̃z depẽdet celũ: terra: z tota natura. Hec ibi. Cõsuluit ĝ Alphozabiꝰ regi ex auro optimo fundere imaginẽ magno deo deoꝝ: et illi ꝓ habẽda ꝓle sacrificare. Acq̃euit rexz dedit auꝝ artificibꝫ qui disposuerũt fundere imaginẽ magni regis purpurati z cozonati ac nomẽ ipsi posuerũt. deꝰ deoꝝ. Sz qõ hõ ꝓponit: deus aliter disponit. Excussa em̃ lima in q̃ imago fuit fusa: ecce ꝑter artificis intẽtiõem inuẽta est fusa imago crucifixi salvatoris. Stupefacti oẽs cũ vellẽt destruere pbꝫ ꝓhibuit dicẽs. q̃ exã magno deo tal' placuit imago maneat sic. Cũq̃z in templũ idoloꝝ induxissent erigẽdum: ecce omnia idola ibi existẽtia corruerũt. Sacrificijs ꝓpletis visa est post aliq̃t dies regina a rege grauidata z pepit puellaz mirepulchritudinis quã letus rex deꝰ ꝓsilio pbi nõiauit ab illo miraculo ruine idoloꝝ: b̃ noie Katherina. qõ interp̃tat vniuersalis deoꝝ ruina. Que educata tal' fuit ingenij vtysq̃ ad. xiij. annũ etatis oĩes septez artes liberales sciret. Unde ꝓ magnitudine scie magistroꝝ grecie: gẽma ẽ nũcupata. Tãdem pater eiꝰ ad moztem infirmat' et vocata Katherina cõmisit sibi in testamento: Primo q̃ illũ magnũ deũ deoruz z eius imaginem coleret in sua vita. Secũdo vt sponsũ non acciper nisi talem q̃ generis nobilitate. cozporis pulcritudine. scientia z diuitijs similis sibi fozet. z sic resignato regno ipsi: pater migrauit. Non multo post vt in eadẽ hystoria legit: etiã regina. sez mater katherine migrauit a seculo. Katherina aũt gubernabat regnũ prudẽtissime. Nec secũ semp. xxiij. ẏgines z. xij. matronas: cẽtumq̃z armigeros excepto pedissequis z camerarijs ad magnificentiam babuisse ꝺr. ¶ Accidit autez quadã vice vt ꝓ certis causis ad metas alexandrie cũ suo magno comitatu transeuntes inter siluas iter rectum amitterent: z errando huc atq̃z illuc diuina puidentia inuenerũt quendaz sanctũ senẽ in cella ozantem. qui supza cacumẽ celle habebat imaginem crucifixi erectam. Qua visa ait katherina intra se dicẽs. Iste senex z ego vnuz deũ colimus. Tũc intrans cellaz senis cepit cum de varijs interrogare. Senex autẽ cepit eidẽ de pditione hois z diuina ĩcarnatiõe ac passionis eiꝰ redemptiõe loq̃. Cũq̃z hec katherina non curaret vtpote pagana. senex inspiratus a deo interrogauit eam: cur tanto tempore sponsum accipere noluisset: que narrauit qõ sibi pater suus mandauerit. et qñ̃ non acceperit sponsum qz non inueniret sibi cõparem nobilitate. formositate. diuitijs z sapiẽtia. Ad quem senex ait. Quid te iactas de mundanis: nũquid audisti dequodam regis magni filio qui est super omnes reges z dños cuiꝰ pulcritudinez sol z luna z omnia mirãtur. qui omnia scit ꝓterita presentia z futura. cuius diuitie nunq̃z decrescunt. qui non vult habere sponsam nisi semper castã manentẽ. cuius mater virgo est et pater feminã nescit. cui angeli seruiũt. Tũc nutu dei cepit katheria desiderare ardẽter qs eẽt ille z vbi aut quõ ad eiꝰ noticiã possz venire. Cepit etiã senẽ de b̃ rogare instãter vt eidẽ bũc manifestaret. Ait senex

Ecce in tabula parua imaginē matris illius virginis z filiū tibi dabo quā diligēt custodi z nocte futura cozā ista imagine ꝓuoluta genib rogita matrē banc virginē vt tibi ostēdat filiū. nā benigna est z te exaudiet. Accepta tabula illa z a sene de recta via edocta venerūt ad villā in hospitia z nocte electis omnib katherina cepit cū lachrymis cozā imagine ꝑcari: z tādē lassata fletib ob dormiuit: z videbat ecce q̄si se in ꝓato amenissimo esse z a lōge ꝟginē elegantē z filiū in vlnis tenentē fm siliturdinē picture in tabula. Approp in quās Katherina volebat videre faciē illi⁹: sz ille diuertit. Dixit ei mr̄. Vides ne fili quāto desiderio flagrat hec puella Katherina te videre. Rñdit puer matri dicēs. Tu nosti q̄ pdisseque nostre p̄cellūt istā. z quō pōt hec me videre: cū nō sit lota facie sz sordida. z visio disparuit. Euigilās ḡ mane facto ardētiori desiderio ad senez redijt. Interim āgel⁹ seni appuit dī. q̄ eā de fide īstrueret z baptisaret. Cū ḡ venisset z visionē narrassz senex rñdit. q̄nisi crederet z lauarek baptismo videre illū nō posset. Baptisatā ḡ dimisit mādans vt in hospitio iteratis oratiōib instaret cozaz dicta imagine. Oō cū fecisset itez obdormiēs vidit se esse in ꝓato ameno q̄ ꝑius viderat: z ibi virgo cū filio eodē mō cuz fulgore gl'ie in multitudine angelo⁹ apparuit. Et ait ꝟgo filio. Fili videſ ne katherinā mādatis obedientē: ozo vt eā exaudias z in spōsam suscipias. Fili⁹ ait. Si placet tibi mater mi accipiā. Tūc ꝟgo maria anulū ō filij sui digito accepit z dextrā manū Katherine subarrauit. Tūc xp̄s de gremio matr̄ descēdit z apparuit q̄si spinis cozonat⁹: z aptis q̄nq; vulneribus sanguiez fūdēs z dicēs. Ecce tāta passus sāguine te redemi. Si ḡ venirevis post me sequere me ad cozonā ꝑpetuā. Et eidē xp̄s valedicēs angelicis cantib ascendit in celū. Tūc Katherina euigilās anulū in manu reppit z mira spūs dulcedine repleta gratias egit deo. Tandē q̄z ad domū suā rediens cepit seruos z ancillas in fide catholica informare z suas facultates pauꝑibus distribuere: orationi z cōtemplatiōi iugit vacare. Paret ergo tē.

¶ Circa secūdū de decora mūdicia sit ꝓ conclusiōe verbū Bernī. in epl'a ad Senonē dī. Nil castitate decori⁹ q̄ de hoie facit angelū. s. deo dilectū. Jō eccl'ia canit illud ps̄. cxxxj. Elegit eā de⁹ z ꝑelegit eā. Hec ꝓ themate. Sz iurta hoc q̄rit Uerus de⁹ amet magis decorē angelice puritat̄ q̄z hūane castitat̄: an ecōuerso. Ad hoc rñdz magn⁹ Alb̄. sup Missus est. q̄ sez ꝟginitas in hoie mag̃ diligit z ꝑpōderat q̄druplici rōne. Primo rōne m'tiplicitatis. Nā angelica ꝟginitas ē simpler. s. in eo ꝙ simplici natura spūali. sed hūana ē dupler. s. in corpe z aia. Uñ. xxxij. q. v. Sicut em̄ dicit Chrys. Illa est gl'iosa in corpe ꝟginitas quā cōplectit sancti ꝓpositi volūtas. Secūdo ratiōe nobilitatis. q̄z ꝟginitas vel castitas in homie est ex dei gr̄a. in angelis aūt est ex natura: sed nobilior est gr̄a q̄z natura. Hinc Bern̄. dicit. Pl⁹ gaudeo bone iesu angelis suꝑferri ex gr̄a tua q̄ angelū fuisse ex natura. Nec ille. Tertio ex rōne gloriositatis. q̄z ꝟginitas hūana est cū gloriosa pugna victorie. angelica aūt ē sine oī pugna. Uñ glosa. j. Cor̄. vij. dicē. Maior est victoria ꝟginū q̄z angelo⁹. Angeli em̄ sine carne viuūt: virgines in carne triūphant. Item Hieron̄y. sermone de assumptiōe dicit. In carne angelicaz gloriā acq̄rere maioris est meriti q̄z habere. Esse em̄ angelū felicitatis est. esse vo ꝟginē ꝟtutis. Nec ille. Quarto rōne fructuositatis. q̄z angeli nō merēt̄ur ꝙ ꝟginitatē essentiale ꝑmiū cū nō sint in statu merendi. Sz hō merek aureolam z stolaz duplicē sez corpis z aie. Et sic ꝓz q̄ castitas homis est deo multū grata z amabilis: ac ꝙ ꝓtrariū carnalitas est multū odibilis plus q̄z demonū peruersitas. Nisi dē rōnibus ꝙ cōtrariū: Primo q̄a homo peccat in corpe z ania. Secūdo q̄z abijcit gratiā dei quā posset habere z ꝑmisit in baptismo se obseruare. Tertio q̄z posset vincere: sz diabolus nō pōt bonū velle. Quarto q̄z maiorē penā demerek hō sez in corpe z ania: nō sic diabol⁹. O ḡ infelices carnales cur penitentiā nō agitis. O casti gaudete in dño semp. q̄z magis vos diligit xp̄s q̄z angelos ꝙ puritate. Exemplū de sancta katherina cui ꝑpter mūdiciā angeli ministrauerunt in vita pluries z in morte ac corpozis tumulatiōe: vt paret.

¶ Circa tertiū de p̄clara gl'ia passiōis sit cōclusio q̄ beata katherina inter oīa sanctaꝝ virginum agmina fulget p̄clara passionis gl'ia. Et sufficiat ꝑsecq̄ ex legēda. Legēda de passiōe.

Cū em̄ Maxentius imꝑator q̄ regnare cepit circa annos dñi. cccx. cōuocasset oīes ad alexādriā vt idolis imolarent: z xp̄ianos imolare nolentes puniret. Tunc katherina. xviij. annoruz in palacio audiēs mugitus anialiuz z plausus cantantiū z quid hoc esset didicisset: assumptis secū aliquib signo crucis se muniens illuc accessit. Uidens quoq; plures xp̄ianos metu mortis ad sacrificia duci condoluit z imꝑatori ait. Salutationē tibi ꝑferre z dignitas z ratio p̄monebat si creatorē celoꝝ agnosceres: z a dijs animū reuocares. Cepitq; mira sapiētia disputare et ꝓbare q̄ idola sunt vana z stulti q̄ colunt ea. Sed deus solus qui creauit oīa z cui famulantur celi: sit adorādus verus ipe deus: ac de incarnatione filij dei sapientissime prosecuta ē plurima. Stupefactus imperator nec potens eidē respōdere ꝑcepit eam interim ad palacium duci et custodiri. Admirabatur nāq; eius pulchritudinem z prudentiā incredibilem. Tandez veniens imꝑator ad palaciū interrogauit eaz de ꝓgenie. Cui illa ait. Cōfiteor meā ꝓgeniez nō ex iactātia. Ego ei fū katherina costi regis vnica filia. q̄uis i purpura nata z oib artib liberalib plene īstru

cta: tamen oīa cōtēpsi amore xpi qui ver⁹ sol⁹ de⁹ est. Et dij q̄s colitis nec se nec alios iuuare possūt. O q̄ infelices talū demonū sūt cultores Uidēs cesar q ei⁹ sapiētie nō posset obuiare mā dauit occulte p lr̄as vt oēs doctores z rhetores alexādrie in p̄ozū ꝙuenirēt nūmera regia acce/ pturi si suis assertiōib⁹ possent katherinā supare Adducti sūt aūt q̄nq̄ginta ozatores q̄ in mūda/ na sapiētia oēs mortales p̄cellebāt. Qui cū ab i/ peratore rē banc audissent: vn⁹ ait. O q̄le hoc cō filiū imperatoris tot sapiētes vocasse cū vn⁹ ex no stris posset talē puellā ꝙfutare. Interim katheri na hec cū audisset dño se totaz cōmēdauit: z ecce angel⁹ dñi astitit di. Cōstāter age qz hos oēs vin ces z ad martyriū destinabis. Tandē katherina adducta cozā imperatore z ozatoribꝫ dixit impera tori. En ꝙ vnā puellā q̄nq̄ginta ozatores statuisti: q̄s p victoria remunerādos p̄mittis: z me sine mercede disputare cōpellis: erit rō mihi merces dñs iesus. Cepit aūt phi arguere. q impossibi/ le est deū fieri hoiez passibilē. Qualia fuerint ar/ gumēta ista z rōnatiōes ac obiectiōes in alio p̄mo ne p̄seq̄mur. Tā sapiēter aūt z aptis rōnib⁹ ka/ therina disputauit z oēs eos ꝙfutauit: vt penit⁹ muti fierēt nō inuenientes q̄d dicerēt. Irat⁹ impa tor ait. Cur tam turpiter vinci vos p̄mittitis ab vna puella. Rñderūt. Antea nō fuit quē cōtinuo nō vicissem⁹. hec aūt puella spū dei loquit z taz veraciter q nil ꝓtra dicere possim⁹. ecce q̄ omnes i xp̄m credim⁹. Tūc furore replet⁹ cesar iussit oēs illos in medio ciuitat⁹ cōcremari. At vgo cōfoz/ tauit eos. Positi aūt in ignē nec capillis aut ve/ stimētis sūt adusti: sz animas dño reddiderūt.

Post hec ait cesar ad katherinā. O virgo generosa ꝙsule tibi z acq̄esce mihi z post reginā i palacio meo secūda vocaber⁹ z imaginē tuā fa/ ciā: z a cūct⁹ velut dea adozaber⁹. Cui vgo De/ sine talia dicere q̄ scel⁹ ē cogitare. ego me xp̄o spō sam tradidi. Tūc eā iussit scozpiōib⁹ cedi z post in obscurū carcerē includi ac fame cruciari. In/ terea rex p̄cessit extra regionē: z regina amore vi dēdi succēsa cū p̄ncipe militū porphirio media nocte ad carcerē vginis intrauit. viderūtq̄ car/ cerē inextimabili claritate fulgētē z angelos pla gas vginis pungētes. Incipiēsq̄ vgo xp̄m p̄di/ cauit z reginā ac porphiriū cuz ducētis militib⁹ ꝙuertit. Infra aūt duodecim dies de celo missa colūba cādida celesti cibo katherinā refouebat. Deinde dñs cū mltitudie angelor̄ z vginū eaz visitauit z dixit. Agnosce creatorē tuū: ꝙstās esto qz tecū sū. Tādē redies imperator sibi katherinaz p̄tari iussit: z vidēs splēdidiorez cepit custodes torq̄ri putās q ea aliqs pauisset. At illa. Xp̄us dñs p angelū me nutriuit. Cui imperator. Aut sa crifica dijs aut tozmētis pibis. Et vgo. Parata dā iussit rex q̄ttuor rotas ferris ferreis z clauis acutissimis circūseptas p̄gari q̄ mutuo sibi or/ dine ꝛrio voluerēt z xp̄ianos applicatos discin/ derēt horribilit cozā btā katherina. Que videns orauit dñm vt ad laudē sui nois z ꝙsionē cir cūstātis ppli ipam machinā ꝓtereret. Mox an gel⁹ dñi ipetu ꝙcutiēs q̄ttuor milia gētiliū p par tes mole illā interemit. Tūc regina descēdit z i/ peratorē durū increpauit. Rex irat⁹ cū sacrifica re illa ꝓtēneret: iussit vt extra ciuitatez ducer⁹ et māmillis cū ferreis hastilib⁹ p̄us extract⁹ decol laret. Cui⁹ corpus porphirius rapiēs sepeliuit. Quo audito cesar q̄si amēs rugiebat dicēs. Ec/ ce z porphiri⁹ vnic⁹ aie mee custos decept⁹ ē. Ad quē cōmilitones ducēti direrūt. Et nos xp̄iani su mus. Oēs g̃ cū porphirio decollari p̄cepit. Post hec p̄suasit katherine vt sacrificaret z p̄ma in pa lacio fieret. Illa ꝓtēpsit. Uñ cesar sententiā dedit vt decollar⁹. Educta g̃ orauit dicēs. O sal⁹ cre/ dentiū. o dec⁹ z gl'ia vginū iesū obsecro te vt qui cū q̄ passiōis mee memoriā egerit seu i exitu aie aut quacūq̄ necessitate me inuocauerit: tue ꝓpi/ tiatiōis ꝛsequar effectū. facta est vox ad eā dicēs Ueni dilecta mea spōsa: ecce tibi ianua celi apta est: z tibi deuotis optata p̄mitto p̄sidia. Deinde decollata ex ei⁹ corpe p sanguine lac emanauit. Angeli aūt corp⁹ eius accipiētes ab illo loco ad montē synai itinere plus q̄ viginti dierū dedure rūt z ibi honorifice sepelierūt. Ex cuius ossib⁹ in desinēter oleū manat qđ cūctoz languidoz mē bra sanat. Rogem⁹ g̃ dñm iesū vt ip⁹ meriſ det nob gr̄am in p̄nti z gl'iam in futuro Amen.

De sancta Katherina Sermo secūdus.

Damauit eā rex

a scz xp̄s sup oēs mulieres z posuit dya/ dema regni in capite eius Hester. ij.

A Ista vba legunt de sancta Hester regia q̄ interp̄tat elevata in populis: z optime possūt dici de beata katherina. Primo qz ipsa fuit ge/ nere z regni regimine regina. Secūdo quia fuit z ē elevata in populis: vt scz sit in celesti gl'ia exal tata z in patronaz data a xp̄o omni populo xp̄ia no. Tertio qz ipam xp̄s specialius adamauit vt miraculose in sponsaz eā accepit vginali dignita te z obseruātia. Licet em̄ xp̄s dñs omnes vgines in sponsas spūaliter accipiat. Unde canit eccle/ sia de vnaquaq̄. Ueni sponsa christi accipe co/ ronā quā tibi dñs p̄parauit in eternū: tamen p̄ ceteris maiori dono gratiarū katherinam ada mauit. Ideo de ea hec verba pro sermone accipi untur scz. Adamauit eā rex: qui fuit assuetus. et interp̄tatur beatitudo vt dicit Hieron⁹. ergo sig/ nificat christū beatitudinis eterne regem q̄ ad/ amauit katherinā magnis gratijs. Juxta q̄ ver ba tria mysteria notabimus p̄ro hoc sermōe s̄m quod de his trib⁹ commēdatur beata katheri/ na in ip̄is vbis.

Primo de speciali iesu adamatōe: cum dicit.

De sancta Katherina

Adamauit eā rex ⁊c.

Secūdo de ꝟgiali marie assūptiōe.qz sup oēs mulieres dr̄ coronata.qđ ē ꝓuilegiū marie

Tertiū de celesti coronatione. quia diadema regni in capite.

B Circa ꝓmū de speciali adamatiōe xp̄i q̄ rit. Uñ ꝓbari possit q⁹ beata Katherina inf oēs scās ꝟgines sit post xp̄i matrē ꝑ miceria tāq̄ spōsa xp̄i ꝑdilecta. Ad qđ r̄ndet qđ satis clare ꝓbat̄ ꝑcipue triplici rōe supta ex donis magne gratie Qđ sic declarat̄.qz fm sententiā Bonauē.sup.iij di.xxxij.q.iij. Dilectio dei ad aliquē mēsurāda est in cōicatiōe alicui⁹ boni poti⁹ q̄z in affectiōe: ita q⁹ dilectio dei est poti⁹ dilectio effect⁹ q̄z affect⁹. Uñ de⁹ illū dr̄ diligere cui vult cōicare ⁊ dat bona gr̄e in p̄senti ⁊ glie in futuro. Nā ⁊ pbus. viij. phisico⁹ et.ij.rbeto. dicit. q⁹ amicicie dilectio fundat̄ in beniuolentia. Illū aūt deus dr̄ odire cui nō dat bona gr̄e suę. sic̄ patet ꝺ pcōrib⁹. Nā scribit̄ Eccī.xij. Altissim⁹ odio habz pcōres ⁊ miser tus ē penitētib⁹. Inf scōs g̃ illuz dr̄ de⁹ ꝓamare cui dedit maiora dona gr̄e ⁊ glie. Sz qm̄ inf oēs scās ꝟgines post ꝟginē matrē xp̄s dñs dedisse videt̄ beate Katherine maiorē ⁊ specialiorē gr̄az ac gl'iam. g̃ habeat̄ ꝓpositū q⁹ scz ipa sup alias virgines ꝓbat̄ ꝑdilecta triplici gr̄a.

Prima gr̄a despōsatiōis.

Secūda illuminatiōis.

Tertia gr̄a ꝑcellētis dignificatiōis.

Primo amauit xp̄s Katherinā gr̄a despōsatiōnis mirabilis. Licet ꝙppe oēs ꝟgines sint sponse xp̄i. imo generaliter etiā oēs aie xp̄iane castitatē ꝓ suo mō statⁿ tenētes sūt spōse xp̄i. fm qđ apostol⁹.ij.Cor̄.xj. dicit ad oēs. Despōdi vos vni viro ꝟginē castā exhibere xp̄o. Sz miraculosius ⁊ specialiⁿ btā katherina ꝑ ceteris est desponsata.

L Pro q̄ notādū q⁹ q̄dā sūt aie hūane oīno despōsate diabolo. s. ꝓ fidē alienaz a xp̄o: vt sunt aie paganoꝝ ⁊ iudeoꝝ hereticoꝝ ⁊ scismaticoꝝ. Uñ Aug. sup Gen̄. ad litterā dicit. Dis ānia aut diaboli est adultera. s. ꝙ infidelitatē: aut xp̄i spōsa. s. ꝙ fidē. Secūdo aūt sūt alie aie q̄ licet sint despōsate a xp̄o ꝓ fidē in baptismo iurātes abrenūciare sathane ⁊ oīb⁹ pōpis ei⁹ ⁊ oīb⁹ opīb⁹ ei⁹. tñ fidē violant ⁊ cū diabolo adulterant̄ ꝙ varia pcā mortalia. s. irā: supbiā ⁊c. Has xp̄s pie reuocat ad pniam Iere.iij.di. Tu aūt fornicata es cū amatoribꝫ multis: tñ reuertere ad me ⁊ ego suscipiā te dicit dñs. Tertio sūt adhuc aie q̄dam q̄ oē pctm̄ cauēt ⁊ oē carnale abhorrent amore xp̄i quē ꝑdiligētes in spōsū eligūt sibi: vt sūt ꝟgines ⁊ castitatē diligētes fm gradū varij status. de q̄ bus Iero. in epla ad victoriā dicit sic. Locū hz in regno xp̄i ꝟginitas: castitas ⁊ etiā ꝓiugalis cōtinētia: vt sit ꝟginitas aurū: castitas vidual' argentū. cōiugalitas velut pauptas stāni vel plūbi. Uel ꝟginitas sol. castitas luna. coniugiū stella. Sed sup oēs cōiugatos viduas ⁊ virgines singulari ꝓuilegio beatā katherinā miraculose despōsauit xp̄s dñs sibi visibiliter apparendo. ⁊ anulo sibi ꝓ ꝟginē mariā dato vt patuit in hystoria sermōe ꝓmo. E. g̃ ꝑdilecta. Quid ergo o anima xp̄iana tibi de carnali vita: dicā cum Bern̄. in medita. vbi exclamat sic. O ānia insignita dei imagine: desponsata fide: redempta xp̄i sanguie deputata cū angelis in beatitudine: quid tibi cū carne: nū ꝓz maius sterquiliniū inueniſti: insup eternū suppliciū ꝙ eā incurriſti: vt quid pro vili sterquilinio aiam ꝑciosissimā perdis ⁊ cruciatū sempit̄nū eligis. Scōo dilexit xp̄s Ka. gr̄a magne illuminatiōis: quia ꝑ alijs virginib⁹ eam repleuit sapiēcia intantū q⁹ ipa superauerit sua disputatiōe q̄nquaginta philosophos ⁊ oratores toto orbe peritissimos. D Sed quō in Katherina ꝓbat̄ fulsisse ꝑ ceteris sapiēcia ꝟa: cū ista victoriā super pbos ipa obtinuit ꝙ miraculum xp̄o hoc faciente vt impleat illud Luce.xxj. Ego dabo vobis os ⁊ sapiētiā cui nō pote. resistere et ꝓtradicere oēs aduersarij vestri. Uñ hoc xp̄us ꝙ quēcūq⁹ simpliciorē eque potuisset facere. Rñdet q⁹ q̄uis xp̄s potuit talem victoriā fecisse per aliū: tamē ꝓ ꝓuilegio speciali hoc katherine voluit donare vt mōstraret̄ toto orbe mirabilis in sapiētia nō solū humana sed etiā diuina. Notāndū ergo q⁹ sapiēcia est triplex. Prima īfima. Secūda media. Tertia summa. Infima est cōtēnenda. de qua Jac̄.iij. Nō est ista sapientia desursū descendēs sed terrena: animalis ⁊ diabolica. Terrena q̄dē in rerū cupida exq̄sitiōe. animalis. i. bestialis voluptatū explētione ⁊ diabolica in fraudis varioꝝ pctoꝝ adinuentione vel sollicitatiōe. Nāq̄ oīm̄is vere sapiens cōtemnere debet sicut contēpsit beata Katherina: que cū esset iuuēcula pulchra diues ⁊ libertate ꝓdita ac potestate nobili alta: que mulieribꝫ sūt causa ruine. Sed hec omnia amore christi repūtauit nec vnq̄z peccato cōsensit. Preterea cū ipa sollicitaret̄ ab extra. s. ab imperatore vt sibi iungeret̄: ⁊ ꝙ oīm̄ia que mulieres multū appetūt puta diuitiaꝝ copia: dignitatis magnificentia vt esset in palacio imꝑatoris secūda vel ꝓma ⁊ honoris gloria. quia statuam sibi erigere ⁊ adorari facere ꝓmittebat. Sed katherina hec oīm̄ia cōtēpsit ꝙ christo vt sponsa eius ꝙ castitatē semꝑ ꝓmaneret. Insup sollicitabat̄ per mīnas ⁊ tormenta nisi cōsentiret: sed ꝓ christo mori non timuit. ⁊ sic ipa fuit plena charitate diuina. ⁊ ꝙ ꝓsequēs diuina sapiētia. Unde Bern̄. Inueniſti plane sapientiaz si nō modo tibi sapiant vitia ve pessima: bona vt bona: ⁊ sic deus super oīm̄ia. Secūda est sapiētia media que est in scientia hūana. Et ista q̄dā est pbica vt sūt septem artes liberales q̄s katherina pfecte sciuit. Quedā est ethica que docet moꝝ honestatē: katherina oīm̄ibus ꝟtutibus fuit decorata. Quedaz est iconomica que docet domū ⁊ familiam regere. Ipa palaciū ⁊ familiam sapienter gubernauit.

Quedã aũt est politica q̃ docet vrbes z regna pa cifice gubernare. katherina vt regina regnũ opti me rexit. g̃ ista sapiẽtia plena fuit. Tertia est sapi entia sũma scz diuina q̃ ꝓsistit in dei cognitione ſm vitarẽ fidei catholice ac vite sc̃itate ſm obſ uantiã diuinoꝝ p̃ceptoꝝ ac pfecta charitate. Au gusti. Infelix ille q̃ etsi oia alia sciat: te deũ nescit. Idẽ. Sapiẽtia dei est nõ tm̃ eloquia dei sc̃ire sed ſm eloquia dei viuere. Beata katherina verum deũ xp̃m nouit plena veritate fidei z dilexit perfe cta charitate. Insup tãto lumĩe sapiẽtie a deo est repleta vt etiã ꝓphetie spiritũ habuit. Nã legĩt in hĩstoria ab Alphonsabio descripta q̃m sui ꝓuersi one xp̃s sibi apparuit z eã miraculose sibi despõ sauit. z tũc reuelauit sibi q̃ p eũ amore esset mar tyriũ passura. Jtẽ in legẽda dñi volebat disputa re cũ oratoribꝫ: angelo reuelãte didicit q̃ illos su patura foret z ad martyriũ destinatura. Jtẽ ibi dẽ dr̃ q̃ dñi reginã cõuertisset ad fidẽ: futurã eidẽ martyrij coronã p̃dixit. Et q̃b ptz q̃ ꝓphetie spiri tũ habuit z sapiẽtie plenitudinẽ. O vgo sapien tissima gaude nũc cũ xp̃o z ora ꝓ nobis. Tertio xp̃s dilexit katherinã gratia mire dignificatiõis q̃ multis p̃rogatiuis ꝓuilegioꝝ eã inter oẽs vir gines spãli⁹ dignificauit: vt p̃ebit arti. ſbsequnti.

¶ Circa secũdũ de vginali assimilatiõe be ate Marie sit ꝓ cõclusiõe q̃ beata katherina vir ginitate sacra p̃ ceteris virginẽ mariaz est imita ta z similitudine ei⁹ ꝓuilegioꝝ decorata. Et ostẽ dit er multis ꝓuilegijs. Primũ ꝓuilegiũ q̃ re gina fuit z pulcherrima sicut z beata vgo Ma ria q̃ est regina mũdi z dña angeloꝝ ex stirpe da uid regis: sic z katherina licet nõ eq̃li dignitate: tm̃ regis filia. q̃ fuit Costi regis filia cui regnuz successit paternũ q̃ rexit vt regina. Et ſm Alber tũ sup̃ Missus est. Virginalis castitas tãto est cõmẽdabilioꝛ in femina: quãto est nobilioris ge neris z pulchra. Vñ puritas in purpurea veste p̃ciosioꝛ est. z p̃ traritũ macula turpioꝛ: q̃s in ve ste rusticana. Sic in ꝓposito. Secũdũ q̃ electa xp̃i spõsa vt vgo maria q̃ fuit dei spõsa electa et dedicata: vt iã ſ dictũ ẽ. Vñ ꝺ ea canit. Elegit eã deꝰ z pe. zc̃. Tertiũ q̃ gratijs plena vt btã ma ria q̃ fuit omi gr̃a plena. Sic z de beata katheri na legĩt q̃ deꝰ sibi dedit oĩa ꝓuilegia gr̃aꝝ vni uersaliter q̃ ꝓcessit alijs sanct⁹ in passiõe speciali ter q̃ p xp̃m est in celũ euocata. sicut Iohes euã gelista cibo celesti refecta. sicut z legĩt de magda lena. Nã angel⁹ in spẽ colũbe duodecim diebus cibo celesti eã pauit in carcere recluſam. Jtẽ celũ sibi apruz fuit vt beato Stephano Jpa etiã ha buit angelicũ obsequiũ sic̃ martin⁹: lactis ꝓ san guine effusionẽ vt paul⁹. sepulchri ꝓ ationez vt Clemẽs. olei emanatiõe vt beat⁹ Nicola⁹. oꝛa ꝺ nis eraudit̃ionẽ vt sc̃ã Margareta. z sic ꝺ alijs

Quartũ q̃ illumiata diuĩa sapia sic̃ z btã ma ria vt dictũ est. Quintũ quia noſaĕ demonuz ruina vt btã maria q̃ oĩm demonũ caput cõtri uit. iuxta illꝺ Ben̄. iij. Jpa ꝛteret caput tuũ. Sic z katherina interp̃tar vniuersalis deoꝝ ruina. a katha qꝺ est vniuersũ: z theos deꝰ z ruina. q̃ oẽ virtũ ruit ab ea z vrtutes floruerũt in ea. Naz sz pbiã ꝛtriuit p bũilitatẽ. carnis ꝛcupiscentiã per vginitatẽ. cupiditatẽ mũdanã p mũdi ꝛtemptũ

Sextũ p̃uilegiuz q̃ ab angel⁹ amabilit visita ta vt z beata vgo maria. Vñ Piero. in sermõe de assumpc̃. dicit. Bñ angel⁹ ad vginẽ mittit q̃ sp angelis cognata est vginitas. Septimũ est q̃ est fructuosissima vt beata maria p quã oĩb⁹ credẽtib⁹ salus puenit. Jpa aũt Katherina mul tos ad xp̃m ꝛuertit z ad saluẽ eternã pduxit. nõ tm̃ mõ populares vt fecerũt alie q̃dã sc̃e vgines sz etiã doctoꝛes ac pbos: reginã: p̃ncipẽ: porpbi riũ z milites. Octauũ q̃ refectiõe celesti pasta: vt maria. de q̃ Piero. dicit. q̃ quotidie angelus sibi de celo afferebat cibũ. Sic katherina in car cere posita. xij. diebꝫ celesti cibo quẽ portabat an gel⁹ in spẽ colũbe candide pascebaĕ miraculose.

Nonũ visitata a xp̃o z ꝛsolata ac in celũ euoca ta vt beata maria quã ipemet xp̃s cũ multitu dine angeloꝝ occurrens in celũ assumpsit. sicut dicit Piero. in sermõe. Beata quoq̃ katherina cũ esset in carcere dñs cũ multitudine angeloꝝ z beataꝝ vginuz sibi apparuit dicẽs. Agnosce creа toꝛẽ tuũ ꝛstans esto quia tecũ suz. Tandẽ cũ de collarer̃ z oraret xp̃s eam in celũ euocauit. Veni dilecta spõsa mea. ecce tibi celi ianua est aperta.

Decimũ q̃ coꝛpus eius cuz esset decollata fu dit lac ꝓ vginitate mũdissima declaranda. et in hoc quodãmodo marie est assimilata que lac vginale sugendũ dedit xp̃o miraculose. Undecĩ mũ est q̃ translata est ab angelis in mõtẽ syna. z ibi honorifice tumulata: vt z beata maria per angelos honorifice in celũ coꝛpe z aĩa est assum pta cũ leticia. ¶ Querĭ. Cur voluit xp̃s ka therinã sepeliri in monte syna. Rñdeĕ q̃ ad cõ mendandũ magnã in ea sapientiã z xp̃i familia rẽ charitatẽ. ideo voluit eã sepeliri in codẽ monte vbi deꝰ dedit decẽ p̃cepta z legem sapiẽtie diuine moysi cũ quo ibi familiariter loquebaĕ vt ami cus ad amicũ. in quo z nos mystice docemur q̃ si volumꝰ xp̃m habere amicũ debemꝰ sapientiã decẽ p̃ceptoꝝ diligẽter obseruare. Vñ Joh. xiiij. Qui habet mãdata mea z ser. ea ille ẽ q̃ dili. me.

